maiorem habet certitudinem non dili ei
dicitur ex verbis christi pretacta. qui vos
cipit vos: qui ad certitudinem christianis
suffragia debeant. Sed ex multis signis e
miraculis a deo ostenſis. Sicut patet per
primo quod deo ecclesia tenet: credit
christo qui vestem a christo Martino qui
pert datam sibi reperiunt patrem pauper
ere sequentem. Martinus hac me vestiuit.

gloriae illius enarrabit omnis ecclesia san
ctorum. Ecclesia sic audiet. ¶ Sed modo ra
tionem tuum manus dimitti integre pro-
per talis fantasme inimici quibus liberalis
canibus eas porrigunt ¶ pauperibus? abol
dantius e delicatius intantiati: quod deb pau
pere intantium famulent quod audie ceo
mederent panem fabarum: et ceteris ne- Canon
mula fabarum: et eis oblatum refutarent. c.
pedibus conculcant quibus oportet quod
caro detestantissima e de primis fercula pomo
genera e precipua offerantur. ¶ Et in 57
hunc quasi infirmi plāgunturnabis qui
super affluctus pia gestanc vitera. ¶ Et qui
deficanq castellis panem vel carnem nō re
cipiunt: si minutatim fractum e manu pos-
rectam eodem ostendo loro quo posteriora
fecit: digitos tangit porrigentiquos non
toros. ori proprio unmediate porrigit: fidei
quia non loris manibus manducare non
comquinat hominē Matth. xv. Mar. vij.
Sed pudebolon tarde ita delicatus erit vt
vel ita famulentur. Exemplo famen Todos
nicios tangerent lepsoli vel medici. ¶ Oda
icebus vero canibus posi prandii panem
pot sumebat quo potatum frangunt e manibus
propriis porrigunt vbi pauperibus permit-
tunt dari minutatim reliquias: hoc manife
stum e contra illud pooner. vij. Quamvis
fiam aperuit mopi. Et illud Esa. lvii. Frā
ge esurienti panem non dicit cani: sed tua
ter cultura sequentes sed panem. ¶ Dan ta
men vbi canem delicate fouebant sed tum
contentum. hoc enim acta probāt. Ubi enī
multa hominum partim vita parcim anū
ta sine fame necessa. Quos inde aliquos est
pauperibus vidit canes fames sustentes: Sic
quitur Zgenes vagolog indue in Domum
mamnon deit canes. Et amen vis pauper
res ad gregnum ait bethamum non recipia-
tur domus canes recipiuntur ad cameram et
ad lectum. Dota bebes D. xl. v. Sequitur
quinquid vitra modum in pabulum datur
miam et palefreidum quos operimentet mi-
dum nutrimur de filiuque: et quasi omnibus
prudentium causam assignat et monimum
in hoc quod sequitur. Carnem tuam nō de
spexeris quia omnis natura bene ordina-
ta: omnis ratio dictat: quod pl' tuemur
ra: et omnis ratio dictat: quod pl' tuemur
nostra familiam dedit argumentum quo facto quos fortuna rō nō natura eam fecit debe-
fanum Syrianus episcopus nutra eum fe- mus inimicis nostris: nodum deeoloratos prefa-
cerunt: regis tenens dant nunq; pudre tionis: ne ingrate p quos? Salicrabis: Domines in
fit nunus ifragium eam chum adhuc decent tenus suas a deo acceperit: sicut nutrit ei
negrin signū elemosynarū e verturum pū p pueros: si finisset cui sic ei dixisti: q
rectum turpe hoc polens deos ostendere: q Fortune quo advicti vestitus: ignominiosum

illis pulchriores: q̄ bestie: quia carnē suā
nemo vnq̄ naturaliter ⁊ rationaliter viuēs
odio habuit Ephe. v. ¶ Predicti ergo non
homines dicendi sunt: sed crudeles lamie
que lactauerūt catulos suos. Tren. iiij.
Arti.x. ¶ Horum autem ⁊ omnium similiū nolen-
tium elemosynas facere: multipliciter et in
38 multis locis apparet periculum. ¶ Primo
Marci. xi. Ubi christus maledixit ficui: que
ei cibum non dedit. ¶ Secundo Mat. xxvij.
per comparationem ad Iudā qui seipsum
suspendit: ⁊ quia christum vendidit: ⁊ quia
ea que christo debebantur in christi vsu nō
expendit sed furabatur. Caueant ergo illi
quib⁹ omnia bona ideo data sunt: vt ī vsus
christi ⁊ pauperum christi expendant: sicut
fratres in hospitalib⁹ infirmorum. Et qui-
dam religiosi ⁊ prepositi ⁊ elemosynarij et
sacriste ⁊ huiusmodi: quibus certi deputā-
tur redditus officij sustentatione ne in vsus
proprios vel prophanos ⁊ auertentes inde
fortunam hic: vel alibi sequantur. ¶ Et nō
solum in his: sed in aliis periculum est deo
dare nolle. Et specialiter in his qui abun-
dant: quia communiter plus peccāt q̄ mul
ti indigentes: ⁊ minus agunt de penitentia
Sicut patet de ieiunio. quo non tantū gra-
uantur: quia tempestiue comedunt: q̄ tam
diu dormiant quia vt forte possint audire
vnam vel duas missas aliqui illorū anteq̄
comedant tūc vero lautius ⁊ diutius come
dunt: in tantum: q̄ plus grauaret eos cena
re q̄ abstinere: minus etiam laborant ⁊ mi
nus vigilant circa licita sicut orationes et
huiusmodi. Cum ergo in multis peccent: ⁊
paruā vel leuē penitentiam faciāt: nō vide
tur quomodo melius poterūt a periculo li
berari: nisi cōsiliū Danielis faciēdo. Dan.
iiij. Peccata inquit tua elemosynis redime
¶ Nisi sic fecerint: illorum periculū in mor
te apparebit: quando ipsis ab inimicis ob-
sessis deficient stipēdiarii: sicut p̄z. A. xxvij.
22. ¶ Iterum illorum periculū apparebit
in iudicio: quando illis qui ei hic dicūt ite:
dicet idē vt eadem mensura qua mensi fue-
runt: remetietur eis: tā temporaliter: q̄ eter
naliter. Sicut patet. D. iij. 9. Et in canone
xvi. q. i. reuertimini. Ubi continetur: q̄ non
solum in celo: sed etiam in terra ppter defe
ctum misericordie negatur misericordia. Q̄
plerumq̄ mundus fame ⁊ penuria premitur
quia pauperibus elemosyna subtrahitur.
Quando enim reges ⁊ potentes bonam ter-
ram religionis ⁊ paupertatis seminabant:
ipsi ⁊ mundus abundabant. Sed ex quo se
minare cessauerunt metere cessauerūt abū-
dantiam in hoc seculo ⁊ in futuro: tam spō
raliter q̄ eternaliter: sicut apparebit: quan
do hereditatem amittent propter causam
tactam. D. xi. 30. Quia teste cesario in ami
monitione: quām pauperes in locis vbi nos
fuerimus fame vel nuditate mortui fuerit
nouerimus nos rationem de animabus il
lorum in die iudicij reddituros. ¶ Iterum
istud periculum apparebit quandoque
ante mortem vel post mortē ipsimet vel ali
pro ipsis ad deum clamauerint: quia nō ex
audietur: quod ostēditur per hoc q̄ quedā
continent hystorie: de quodam qui mensa
nem suam a porta elongauit: quia clamo
rem pauperum audire noluit. Accidit ergo
post mortem eius: q̄ cum Episcopus dice
ret missam in sepultura eius: quotiens ver
tit se ad populum: dicendo Dn̄s vobiscum
vel sm̄ consuetudinē episcopalē: totiens vi
debatur crucifixus cum manibus suis
aures suas obturauit. De quo episcopus
admirans: post missam a vicinis defuncti
eius diligenter inquisiuit conditiones qui
bonum perhibuerunt testimonium excepto
q̄ pauperes nec libenter audiuit nec iuuit.
Tunc episcopus recordat⁹ est scripture di
centis: qui obturat aurem suam ad clamo
rem pauperis: clamabit ipse ⁊ non exaudie
tur Prouer. xxi. Rabanus super illud Mat.
xij. Extende manum tuam: frustra pro pec
catis rogaturus manus ad deum expādit.
q̄ has ad pauperes non extendit. ¶ Et istud
periculum non solum imminet illis qui ele
mosynas non faciūt: sed illis etiam qui do
lēt se fecisse sicut patet per hoc quod scribit
in vita Ioannis elemosynarij episcopi Ale
xandrini de troyla epo: qui ad instantiam
predicti Ioannis triginta libras paupe-
ribus dederat. De quo cū postmodū doleret:
vidit nocte sequenti in celo palacium ma
gnū: cuius titulus erat: mansio eterne troy
le epo. Et statim venit vnus alius ⁊ dixit de
le hoc: ⁊ scribe: mā sio ⁊ requies eterna Ioā
ni elemosynario triginta libris empta troy
la vero hoc videns penituit se penituisse: ⁊
in posterum factus est magnus elemosina
rius. ¶ Ad idē legitur de quodā qui grauiter infirmatus ad doctrinā sancti viri mul
ta dedit pauperib⁹: hic sanitate adepta do
luit se tm̄ dedisse: nec reputauit se propter
elemosynas suas mortē euasisse. Cui cum
sanctus ille diceret: nisi dedisses: nō mortu
fuisses: nō inq̄t: sz ita san⁹ sicut nūc sum. Cui
sctūs Rogerius dixit: vt procedat mihi illarū
elemosynarū meritū ⁊ tibi statū quē habui
sses: si eas non dedisses: ⁊ oīa reddam tibi q̄
cū fecisset

cum fecisset: statim mortuus est: qua morte
manifeste ostendit deus: q̄ per elemosynas
prius mortem euaserat: ⁊ quoniā elemosy-
na a morte liberat. Thob. iiij. ¶ Iterum nō
facientes elemosynam hereditate priuandi
sunt celesti: sicut patet. ff. v. 5. Ad idem. S.
iiij. 21.
¶ Sed quia multis friuolis excusationi-
bus se iustificāt. Congruū videtur eorū ex-
cusationes inserere cū earūdem reprobatio
ne. Quidā ⁊ specialiter religiosi ⁊ prepositi
41 qñ in aliquo grauātur vel spoliātur a tyrā
nis vel malis hominibus elemosynas suas
subtrahunt: dicentes se non posse viuere ⁊c̄.
mirabile est. Diabolus eis nocet: ⁊ de deo se
vindicant: deum de porta illorum expellētes
Similes sunt cuidam sacerdoti: qui cum p
pter alia infortunia viuere nesciret: totum
deo imputauit: ⁊ imaginem eius de ecclesia
sua eiecit: ⁊ in campo posuit: dicēs. Qui nō
vult me pascere in ecclesia mea non stabit.
¶ Isti qui sic a deo elemosynas retrahētes
melius viuere credunt: peius viuunt. Quod
ostēditur hystoria de monasterio de paupe-
ratorum quo semel deuot⁹ monachus in ora
tione constitutus: deo cum quadā audacia
loquebat dicēs. Dñe tu dixisti Primo que-
rite regnum dei et iusticiam eius et hec om-
nia adiicientur vobis. Iam regnum tuum
quesiui: tibi seruiendo in matutinis et ho-
ris et missam dicendo sm̄ possibilitatē meā:
⁊ tamen alia non adiicientur mihi: quia nō
habemus quid comedere. Et vox ad eū. In
ista domo fuerūt duo fratres: vnus vocabat
date: supple nō bona opera: sed elemosynā
et opera charitatis. Alius vocabatur dabit
supple a deo vobis. Et vnus sine alio in re-
ligione vestra manere noluit. Quādiu er-
go vnū retinuistis: et debite honorastis: sez
date tā diu vobiscum remāsit dabitur. Pro-
uerb. xi. Sunt qui diuidunt ppria ⁊ in abū-
dantia sunt. Postq̄ vo date expulsus fuit:
dabitur recessit: ⁊ spoliator accessit: quia da
te qui ianuam custodire solebat recesserat: ⁊
portam non custoditam dimiserat. Et ideo
ab eo qui nō habet supple date: ⁊ quod ha-
bet auferetur ab eo. Luce. xix. Nota. D. v. 11.
Item. I. vij. 7. Porta patens ⁊c̄. Itē. V. viij.
42 12. ¶ Alij dicunt bonum forum est: paupe-
res non indigent: hoc non valet: quia si pau
per satis posset habere ad victum et vestitū
pro quadrante: et illo careret: quid sibi va-
leret bonum forū? Magis ergo se accusant
q̄ excusant: quia cū minori eos iuuare pos-
sent. ¶ Alij dicunt ex quo deus satis potēs
est vt omnibus prouideat quare non proui-
det ipse pauperibus suis quare vult nos
grauare ⁊ onerare de hoc: q̄ ipse sine grauia
nunc facere potest? huic multipliciter respō
detur. ¶ Primo q̄ de omnibus pauperibus
sufficienter prouidit in hoc: q̄ sufficiēter de-
dit diuitibus pro se et etiam pro pauperi-
bus: quātum in eo est satis dat pauperibus
eos pauperum dispensatores statuens: sub
districto precepto eos ad fidelem dispensa-
tionem obligans. Sicut patet supra. c. c. 4.
Sicut ergo mater satis prouidet infanti in
hoc q̄ satis dat nutrici pro se et puero: que
eū nutrire tenetur. Ita in proposito. ¶ Se-
cundo vt diuitum probaret dilectionē. Scie
bat enim q̄ amicus in necessitate probatur:
⁊ ideo voluit indigens esse: ⁊ indigentia ha-
bere mēbra. vt probaret qui eius essent ami
ci: et qui non. ¶ Tertio propter pauperum
meritum augendū: quia patienter pauper-
tatem sustinendo: multam apud deum me-
rentur. Thob. iiij. Pauperem quidem vitā
gerimus ⁊c̄. ¶ Quarto propter diuitum vti
litatem. sicut patet. D. xi. 35. ¶ Ex quo pa-
tet: q̄ sicut cupidi gaudent de caro tēpore: q̄
habentes multa venalia: multa lucrari pos
sunt. Ita diuites gaudere deberent de care-
stia: non quia alij fame affligūtur: sed quia
ipsi multa in celo gaudia lucrari possunt.
¶ Alij se excusant paupertate. Sed sicut ho 43
mo vult emere hereditatem vel rem precio-
sam quam multum desiderat: parcit ori suo
et expēsis in aliis: vt qd̄ desiderat obtineat.
Et breuiter non est ita pauper quin si pos-
set tantū habere de panno vel cibo vel potu
vel etiam aliis desideratis pro obolo: q̄ di-
ues pro quadraginta solidis: quin aliquo
modo de obolo sibi prouideret. Sed tantū
apud deum allocabitur paruum qd̄ pauper
dat sm̄ suam possibilitatem: quātum mul-
tum qd̄ diues dat. et plus pro suo paruo do
no emit de regno celorum: qd̄ satis ostendi-
tur. Marci. xij. vbi veritas vidue testimoniū
perhibet dicēs. Amen dico vobis: quoniam
vidua hec pauper pl⁹ omnibus misit. Om-
nes enim ex eo qd̄ abundabāt illis miserūt.
Hec vero de penuria sua omnia que habuit
misit: totum victum suum. Et si nihil dare
posset: saltem loquatur: vt verbo iuuet qui
opere non potest. Unde beatus Gregori⁹ in
quadam omel. habens inquit loquendi lo-
cum apud diuitem. Damnationem pro retē
to talento timeat: si non apud eum sicut va
let pro pauperibus intercedat. ¶ Alij se ex-
cusant per hoc q̄ alij pauperibus dant: hij
assimilantur illis. R. vi. 11. ¶ Alij se excusant 44
pauperum multitudine: ostendentes q̄ tot

sunt: ꝙ nō possunt omnibus subuenire: sed
si quilibet illorum haberet hereditatē bonā
quam pro vili et paruo precio daret: omnes
inuenirent qui eos inuitarent ad domum ⁊
ad prandium: vt eos deciperent. Sed procul-
dubio omnes habent hereditatem bonam.
Teste christo Matthei. v. Beati inquit pau
peres. ⁊ Luce. vj. Quoniam ipsorum est re-
gnum celorum ⁊c. ¶ Alij nimis differūt vel
vsq̧ post mortem: semper tempus quo fa-
ciant expectantes: et nunq̃ tempus aptum
inuenientes: ⁊ mirabile est: nulla ars tātum
expectatur: quantum ars anime. Et omnis
ratio dictat ꝙ melius esset in morte domū
inuenire paratam: q̃ in miseria expectare
vsq̧ paretur: ⁊ quomodo tunc inueniet: que
non premisit: vel tunc metet: que prius non
seminauit: vel quis eum tunc diliget: qui de
seipso quando potuit non cogitauit. Ergo
sm̄ consilium Apostoli. Dum tēpus habe-
45 mus: operemur bonum. ¶ Alij se excusant
propria necessitate et infirmitate et debilita
te in posterum imaginata: et tali cogitatio-
ne ab elemosynis retrahuntur. Sicut here-
Exem̄. mita seu hortulanus in vitaspa. qui cū mul
tas elemosynas facere solebat: quas cū om-
nes tali cogitatione retraxisset et multa si-
mul congregasset et in pede infirmo omnia
postea expendisset: nec ei valuisset. Die assi-
gnata qua cyrurgicus rediret et pedem am
putaret: ne per illum totum corpus amitte
ret: nocte precedenti deum lachrymis orans
proprium recognouit defectum: cui angel⁹.
Ubi est inquit pecunia quam contra infir-
mitatem congregasti? Respondit: totum ex-
pendi: et nihil mihi prodest: finaliter cum ta
li cupiditate abrenunciasset: angelus eū sa-
nauit dicens: ꝙ decetero omnem sollicitudi
nem in deum proijceret. ¶ Alij dicunt qua-
re nostra pauperib⁹ dabimus? Quibus re-
spondit beatus Gregorius. iij. lib. pasto. Cū
inquit necessaria indigētibus ministramus
sua illis reddimus: non nostra largimur.
45 ¶ Ad idem Basilius Omel. j. Si fateris ea
tibi diuinitus prouenisse: supple bona tem-
poralia: an iniustus est deus: res inequali-
ter nobis diuidens. Cur tu abundas: et ille
mendicat? nisi vt tu bone dispensationis me
rita consequaris. Ille vero patientie brauijs
decoretur. Panis est famelici: quē tu tenes:
nudi tunica: quā tu in conclaui conseruas:
discalciati calceus: qui penes te marcescit.
Indigentis argentū: qđ possides quo circa
tot iniuriaris: quot subuenire posses: et nō
facis. ¶ Alij dicunt: ignoti sunt: mali sunt:
ociosi sunt: fures sunt et huiusmodi. Et po-
natur ꝙ verum sit de nūcio et balliuo regis
tibi misso: et regis debitum congreget: vel
alia de causa: inertia non discurris: sed vel
amore vel timore eū recipis. Ita pauperes
quātumcūq̧ in se ignoti sint habent tamen
fidelem fideiussorem deum: nec eis reddis
dei das: sed deo per illos illud mittis. Sicut
patet supra co. c. 32. Sicut etiam patet per
illud qđ scribit si bene occurrat in vitaspa.
De quodam qui christi amore cuidā veste
dederat: ⁊ postea intelligens eum malū esse
doluit: cui christus apparens ait: nō doleas
quia non ei: sed mihi vestem dedisti. Ergo
sm̄ Hieronymum in quadam epistola: tri-
buamus: non querentes cui: sed quare. Sto
ta. h. v. 10. ¶ Alij dicūt se non habere vltra
propriam necessitatem: quibus dicendum
est ꝙ necessitas propria in puncto necessita
tis pauperum debet esse stricti iuris ꝙ acci
piat ita proprie sicut potest: non cogitans
nec reseruans nec prouidens nimis in futu
rum pro casibus imaginatis: vt predictum
est de hortulano. Hoc aūt sanus ptz per Am
bro. ij. de officijs: vbi etiam pro pauperum
necessitatibus docet calices et ecclesie orna
menta esse vendenda. vide. P. iij. 40. ¶ Alij
propter vnum malum oēs de religione illa
ab elemosynis excludunt: qr vnus eos offen
dit. Illi docent qualiter deus illis ministra
bit. Ipsi enim nec viuere possunt: nec mori
sine malorum societate: quia nunq̃ moria
tur quin plures mali illa die moriantur: et
simul cū eis ad tribunal etiā in iudicio ra
pientur: qui ergo omnes de parte sua exclu
dunt: quia aliqui mali cum eis inuēti sunt:
docent ꝙ etiā deus eos de parte sua expellat
quia mali cum eis inuenti sunt. Sicut patet
I. x. 17. Sed dicent non eis cōsentimus: nec
boni illi de religione illi malo consenserunt.
¶ Alij retrahūtur timore paupertatis in futu
ro: quibus et si dicatur ꝙ christus centuplū
redderet: illā redditionē vellēt hic potius vide
re ⁊ habere q̃ in futuro similes cuidā: qui
ob talē predicationē vaccā cuidam dederat
vt dicitur sacerdoti: que vacce sacerdotis li
gata: eam ad domū predicti viri duxit: qui
neutram reddere voluit: ne sacerdotis pre
dicationem falsificaret: qui sibi centum vac
cas promiserat. in cuius solutionis partem
vnam interim se accepisse: et a deo missam.
¶ Potius deberent istam salutationem a
deo in alio seculo expectare. Cum quedam
quem quidam episcopus inter Saracenos
predicans: ad fidem: vt fertur conuertit: ad
cuius doctrinam omnia sua pauperib⁹ ero
gauit: quo mortuo filij eius predictum epi-

scopum ad iudicia traxerunt: dicētes ꝙ pa-
tri illorum centuplum et vitam eternam p̄-
misisset quorum neutrum recepisset. Unde
cum conuenerunt de conuētione fracta. Epi-
scopo vero asserente ꝙ totum in alio seculo
recepisset: cum aliter dictum suum probare
non posset: eos ad patris tumulum ducens
ipsum adiurauit de veritate dicenda super
dicto negocio in nomine christi. Si videlicet
bene solutum esset sibi an nō? qui omnibus
audientibus respondit. Centuplum accepi:
et vitam eternam possideo: sed mirum mor-
tuus hoc dicit: et creditur ei: et veritas idem
dicit: et non creditur ei. ¶ Alij dicunt paupe
res sunt qui elemosynas dare predicant: p̄-
49 pter lucrum propriū: sed tamen quilibet bo
nus pauper qui hoc predicat: plus curē ha-
bet animas dantium q̃ corpora recipientiū
et plus intendit salutem animarum q̃ cor-
porum: quia fames pauperum ⁊ corporum
finem habet: et postea non nocet: quid nocet
modo Lazaro. Luce. xvj. fames quam tunc
patiebatur? Aut quid prodest diuiti illa
transacta satietas? Perditio vero animarū
finem non habet. Pro illis ergo saluandis
elemosynam dare non despicias. Ecclesia-
stici. vij. Nota. O. v. 8. Item. P. iij. 33. Nota
penam nō facientium elemosynā. P. iij. 41.

Equitas ex diuino mā-

Exē. dato tria regulare debet. Corda:
verba: et opera. His enim trib⁹ du-
pliciter erratur: vel nimio rigore vel remissio
ne. Nimius enim rigor cordis: est in iniu-
rijs proprijs excessiuas appetere vindictas
Nimia vero cordis remissio: est in iniurijs
dei: nec iustas quidem appetere vindictas.
Nimius vero oris rigor: est innocentes con
dennare. Nimia vero remissio: est nocentes
iustificare vel nimius oris excessus: est ina-
niter vel falso iurare turpia loqui et huius-
modi. Nimia vero remissio: vbi loqui debe-
ret peccatores docēdo et reprehendendo: ta
cere. In persona quorum loquitur Esa. vj.
Ue mihi quia tacui. Nimius vero rigor in
opere: est se crudeliter vindicare: sicut pro
verbo offensiuo vel paruo delicto: verberare
mutilare et huiusmodi: vel pro delicto vel
forefacto sex denariorum: facere ꝙ perdat
duodecim denarios: de quo dicetur infra.
Nimia vero remissio est nocentes non puni
re: vel quod peius est supportare: cōtra om
nes istas in bello spirituali aduersitates:
miles christi medium inter duo vitia per ex
cessum videlz et defectum eligens. Sumet
scutum inexpugnabile equitatem. Sapien.
v. tanq̃ veritatē que inter omnia vitia me-
diat. Propter tamen sm̄ Hosti. Equitas est
media inter rigorem et dispensationem. C.
de iudi. lib. iij. l. placuit. Hec autē a Cypria-
no sic describitur. Equitas est iusticia dulco
re misericordie temperata. Et ad scutum il-
lud sumendum ex dei mandato obligamur.
Quia sicut omnia mandata iusti regis vel
domini respectu omnium ministrorum suo-
rum in quibuscūq̧ officijs ei seruientibus:
sunt equitatis et fidelitatis. Ita omnia mā
data tua equitas. in Psal. cxviij. Quātum 2
ad omnes gentes: et predicatam triplicē ha-
beant equitatem. ¶ Primo cordis recte cre-
dendo: turpia non cogitando: proximo non
inuidendo tunc saluaberis: propter iusticiā
et equitatem cordis tui. Deutero. ix. ¶ Se-
cundo: ore non iurando: non iniqua loquen
do vel mandando. Exemplo dei Malach. ij.
Lex veritatis fuit in ore eius: et iniquitas
nō est in labijs eius in pace et equitate am-
mecum. ¶ Tertio in opere: reddendo que
sunt dei deo: quia equitatem vidit vultus 3
eius. in Psal. x. Et que sunt hominis: homi-
ni recte puniendo et regendo: ad modum ci-
tharedi: qui omnes chordas tam altas q̃
imas: tam magnas q̃ paruas tangit quā-
do tangende sunt. sicut patet. C. iiij. 6. Et si-
cut cantor debet vocem suam ducere sm̄ exi-
gentiam notarum: et omnes notas vt tan-
gende sunt tangere: tam altas q̃ imas q̃
medias: siue in spacio sint: siue in regula.
Sic dominus iudicat orbem terre in equi-
tate. in Psal. ix. sine personarum acceptio-
ne: quia virga equitatis: virga regni tui. in
Psal. xliiij. ¶ Sicut enim lapis quadratus
firmius iacet: et ecclesia fundata super fun-
damentum quadrata et equalia habens la-
tera: fortius est et durabilius. Ita omne spi
rituale edificium et communitas fundata ⁊
regulata equitate. De quo in Psal. lxiiij.
Sanctum est templum tuum mirabile in
equitate. ¶ Item sicut vita ⁊ sanitas corpo
ralis consistit in debita humorum et elemen
torum equalitate ⁊ proportione: in illa em̄
corpus viuificatur: sicut in predicta triplici
equitate aīa viuificatur: quā viuificationē
quilibet iustus petit. in Psal. xlij. dicēs. Ui-
uificabis me in equitate tua. Et iterum. In
equitate tua viuifica me. Psal. cxviij. Sic er 4
go rogat⁹ eā mittit vt sit cathedra iudicum
sceptrū regū ⁊ dominorū: statera mercatorū:
virga prelatorū: regula clericorū: pausor reli
giosorum. Sed heu multi dei mādata sper-
nētes: ⁊ salutem propriā negligentes: eā nō
admittūt: sed per ianitores qui subsequunt

cuos in potus suis ponut: eam excludunt. Apud domū iudicū: munera: amor: fauor: ꝛ odium. Apud dominos: cupiditas: ꝓpria voluntas: superbi et mali consiliarij: apud mercatores: fraus dolus: vsura ꝛ periuriū. Apud prelatos et clericos ignorantia: negligentia accidia et luxuria eam excludunt. Apud religiosos ṽo aliquos solūmodo ad refectorium admittitur. Ab alijs ṽo officinis excluditur ꝓ nominis vel status magnitudinē per amicorum multitudinem: per expensarum inequalitatē: ergo nō bene diligitur. Ubi tantū ad refectoriū recipitur. Iste enim et cōsimiles fortune obseruare faciūt regulam Augustini: qua dicitur: ꝙ equaliter omnibus. Exē. Unde cum quidam prelatus subditum suum: vt fertur. fratrem vocaret. Respondit. Quomodocūqꝫ sit de fraternitate: vnum scio: ꝙ tunica tua ꝛ scutella tua et mea non sunt sorores: quasi diceret. Licet equalitatem ꝛ equitatē habemus in nomine fraternitatis non tamē in victu ꝛ vestitu.

Exē. ¶ Unde ad idem fertur: ꝙ cū quidā prelatꝰ religiosus laute ac splēdide comedisset. Ait metrice. Nil propriū procul hoc vitiū: cōmunia queqꝫ. Qd̄ cum audisset quidā de fratribus refectorij. R̄ndit. Sic loquimur: sed nō facimus: non omnibus eque. De ista equitatis exclusione cōqueritur deus. Esaye. lix. dicens. Justicia a longe stetit: corruit in platea veritas: et equitas non potuit ingredi. Nota istam autoritatem aliter expositam. A. xviij. 37.

E.v. **ERubescentia est triplex.** Laudabilis: vituperabilis: et penalis.

Art.i. ¶ Laudabilis et salubris est: qua quis erubescit se peccasse vel peccare: qua de preterito peccato erubescendo dolet: ꝛ a presenti et futuro se retrahit et merito deberet christianus a tam turpi bestia scilꝫ diabolo victus erubescere. Ex quo Uarro romanorum consul vt in hystorijs continetur Romanorum: Exē. ab Hanibale victus intantum in tota vita sua erubuit et se humiliauit: ꝙ omnem honorem refutauit sibi fieri: intantū: ꝙ nec sedens comedere voluit. Huius ergo exēplo christiani a diabolo victi ꝛ ad infernū ducti erubescite sup vijs vestris. Ezechiel. xxxvi.

Art.ij. ¶ Erubescētia ṽo mala et vituperabilis est qua quis erubescit opera que ad christi seruitium ꝛ anime salutē pertinēt sicut cōfiteri si tāta sit: ꝙ a confessione retrahat. De qua nota. C. vi. 5?. Sicut etiam detractorem: susuratorē ꝛ huiusmodi reprehēdere: humilē habitum portare. Aliena vsqꝫ ad medietatem restituere: similes villico iniquitatis qui ait Luce. xvi. Mendicare erubesco. ¶ Illis e his similes. Primo sunt stulti: quis ponderet stultū: qui in tantum corpore infirmus medicinam erubesceret: ꝙ potius illud perire permitteret: ꝙ medicinā apponeret. Quis etiam manum erubesceret lauare: qui erubescit esse rectus inter claudos: sanus inter leprosos ꝛ infirmos: ire via recta ad celum vbi alij vadunt in infernum: qui potius erubescit paucis displicere hominibus: et coram eis inhonestus apparere: ꝙ coram curia celesti; quibus dicitur Hiere. iij. Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere: scilꝫ vbi erubescere debuisti. Cum enim illi indecētias nostras clarius videant Sicut patet. A. xxv. 17. tanto plus ante eorū cōspectus erubescere deberemus. Sicut patet. ij. ij. q. cxliiij. arti. iij. ergo erubescēs patrem ꝛ matrem: et a presidente et potestate mendacium: a principe ꝛ iudice de delicto. Ecclesiastici. xli. ¶ Secundo tales nō sunt christi milites. Non enim congrue sub rege militat terreno: qui propter latratū canum facta dn̄i sui dimittit: eiqꝫ obedire contemnit. Ita nec sunt boni christi milites: qui ꝓpter derisorū cachinnos vel malorū improperia et detractiones erubescūt facere: que ad dei honorē ꝛ sue ꝛ aliorū salutē pertinent. Qui enī ad regis curiā rediens: requisitus quare ei in negocio ꝓ quo mittebatur fideliter nō militasset: si se excusaret: dicēdo. Non audebam: quia mali ꝛ derisores me deridebāt. Ideo potius volui illis assimilari derisoribus ꝙ tuis militibus: potius socius illorum ꝙ tuus ꝛ militū tuorum: rōne tota curia illis derideret: ꝛ deridēdus est: qui ꝙ a leprosis deridetur vult potius leprosus fieri ꝙ regis miles. Sic in proposito: qui habitat in celis irridebit. In Psal. ij. Solus ergo ille qui christi militia aptus est: ab eo honorādus et coronādus: qui propter christū malis displicere nō timet: qui animo retenet Senece. Letior inquit esto quotiens malis displices: quia nō est aliud laudari a turpibus: ꝙ si lauderis ob turpia: quibus re pōt cum Paulo: nō inquit erubesco euangelium. Rom. i. Non enim cōfunderis in laude eius. Eccl. li. ¶ Tertio tales sunt christo patri: scilꝫ ingrati filij. Ingratus enim filius est: qui patrē ob paupertatē erubescit ꝛ specialiter vbi pater ille qui pauper reputatur thesaurū habet abscōditū. Unde filio copiose prouidet. Talis enim meretur ab habitione patris priuari: sicut ille de quo fertur

ꝙ patrem cū bona bursa ad se in scholis venientē: comedere coegit cū gartionibus: rogans ꝙ eū patrē suū non nominaret sed patris sui prepositū ꝛ villicū: sicut honorē suū desideraret: post prādiū ṽo patrē ad cameram vocās: quesiuit si ei pecuniam portasset: portaui inquit: sed tibi nec illa, nec alia pro me in eternū valebit: negasti et erubuisti me esse patrē tuū: ergo negabo ꝛ erubescā in posterum te esse filiū meū. Sic in ꝓposito: qui erubescūt opera ꝛ seruitiū pauperis christi: in effectu et opere eum patrē erubescentes: cui in operibus assimilari nolunt: a quo tn̄ sufficienter in bonis nature et fortune exhibetur: ex quibus maiora ꝓmittuntur: quia licet pauper sit in exteriori apparētia: est tamen diues in deitate. Psal. xlviij. Simul in vnum diues ꝛ pauper: habēs interius in domo celi thesauros diuitiarum maximos: ꝙ gloria et diuitie in domo eius. In psal. cxj. Qui ergo patrem sic in opere erubescit eius mādans obedire cōtemnēs: atqꝫ eum nō solum inter gartiones vel pauperes pauperē in mēbris suis comedere facit: sed qd̄ peius est: eum tam de domo spirituali peccādo ꝙ de materiali pauperes cōtēnendo eijcit. De quibus Esa. i. Filios enutriui ꝛc̄. Hos christus filios suos erubescet et negabit. Ipso teste qui ait Luce. ix. Qui me erubuerit et meos sermones ꝛc̄. Nota. A. iij. 8. Et talis iste tam priuis a patre datis ꝙ promissis: priuabitur: et non solum bonis ꝓmissis priuabūtur sed penis pro ingratitudine punientur ꝛ cruciabuntur. De quibus predixit Psal. xxx. dicēs. Erubescāt impij: ꝛ deducātur in infernum.

¶ In quo notatur tertium: de erubescentia penali. Illa enim erubescentia erit eis penalis qñ omnibus bonis spoliatis: nudi corā omnibus et turpes apparebūt: ad modum corui de quo. A. xij. 36. quādo enim aliquis cū diligētia nititur aliquid querere: ꝛ tan. ꝙ optimum diligere et eligere: et in fine malū: et nocuum inuenit: vel omnino non inuenit: eum cordis pena erubescit. Ita qui eligant et querūt aurum scilꝫ et argentū: campos ꝛ hortos tanqꝫ optima: quando verificabitur de illis illud Psal. lxxv. Nihil inuenerunt supplein morte: scilꝫ ad eorum solatium sed penam erubescunt cum cordis dolore. De quibus prophetauit. Esa. i. dicens. Erubescetis super hortis: quos elegeratis: quibus ad eorum pene augmentum tūc improperari poterit tā in curia celesti ꝙ infernali illud Roma. vi. Quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis?

¶ Sed heu ad talem miseriā christiana venit religio: ꝙ eius seruitium cui seruire regnare est quasi omnes erubescunt. Ipse enī dicit Opera que ego facio scilꝫ humilitatis laboris: ꝛ bonitatis feruoris: ipse faciet. Joan. xiiij. Sed tamen plus erubescūt boni vexillum christi. ꝙ mali vexillū diaboli ꝛ plus veritatem dicere et verba pertinentia ad honorem dei: ꝙ ipsi falsitatem et verba allectiua ad malum. Cuius causam assignat veritas. Joan. xij. Dilexerunt gloriam hominū magis ꝙ dei. Et non solum sic ei seruire erubescunt: sed quod peius est: seruiētes crudeliter persequuntur intantum: ꝙ qui nō vult in conspirationibus duodenis detractionibus et periurijs eis cōformari: sicut vulpes venātur. Et sic qui recessit a malo: prede patuit. Esa. lix. eiqꝫ insidiatur. Ita ꝙ christiane viuere opprobrium hominum est et abiectio plebis. Sed opprobriū et blasphemias non metuatis. Sicut enim vestimentum: sic comedet eos vermis ꝛc̄. Esaye. li. Ergo sicut docet prima Petri. iiij. Christianus non erubescat.

EUcharistie sacramentum est spirituale conuiuium in quo datur omne bonum. De quo dicitur Exodi xxxiij. Ostendam tibi omne. E.vi. Circa quod primo ostendere restat quomodo deus in isto spirituali cōuiuio isto omni bono pauit nos mirabiliter. Secūdo potēter. Tertio veraciter. Quarto reuerenter. Quinto vtiliter. Sexto delectabiliter. Septimo rationabiliter. Octauo ꝙ digna preparatio huius susceptionem precedere debet. Nono non se preparantiū ingratitudo. Decimo rusticitas. Undecimo periculū. Duodecimo periculum non suscipientiū ad minus infra annum. Tredecimo quomodo susceptꝰ custodiri debeat. Decimoquarto themata inserenda sunt ad materiam de qua agitur conuenientia.

Arti.i. ¶ Primo enim pauit nos mirabiliter: propter multa mirabilia que circa hoc concurrunt sacramentum: que tamē quātum sunt extranea: incredibilia vel mirabilia non credētibus tantū sunt cōgrua ꝛ rōnabilia recte ij credētibus ꝛ sacramenti ratione considerātibus. Primo enim infidelibus mirabile videtur: quomodo natura panis et vini pōt conuerti in carnem ꝛ sanguinem christi per verba a sacerdote dicta. Sed hoc eis mirabile esse non deberet: si alia non solum dei sed etiā inferioris nature opera considerarent: virtute enim solis et planetarum et elemen

torum: natura humorum que est circa vinearum radices cōuertitur in vinū: ⁊ virtute nature humane: panis ⁊ potus conuertitur in naturā carnis et sanguinis humani. Qui ergo ista vident ⁊ concedūt: quare etiā a fortiori ratione nō fatentur: ꝙ virtute potentie ipsius dei infinite: natura panis et vini cōuerti possit in naturam christi? Ex quo enim virtutē inferiorē ⁊ finitā hāc mutationem facere posse concedūt per potentiā naturalē quā deus eis dedit: necessario sequi videtur qđ cōcedāt ꝙ deus virtute infinita: naturas mutare possit: qui non tm̄ aliis dedit potētie quin plus sibi reseruauit. Illa ergo mutatio nō fit virtute sacerdotis: sed virtute verborū dei: qui teste Psal. xxxij. Dixit et facta sunt. Qui ergo verbo suo oīa fecit de nihilo: pōt etiam verbo suo vnam mutare naturam in aliā: dicendo. Hoc est corpus
e meū. Matth. xxvj. ¶ Secūdo mirabile videtur infidelib⁹: quomodo hoc sacramentū ab oībus sine sui diminutione sumi pōt: et ex ista rudi ⁊ inepta cōsideratione decepti: intantū errāt infideles: ꝙ blasphemādo dicūt ꝙ si deus christianorū fuisset ita magn⁹ sicut maximus mons: diu totaliter cū comedissent: sed ceci sunt: sue infidelitatis malicia execati: nescientes vel intelligere potius nolētes: ꝙ hoc sacramētū deus est. Et deus spirit⁹ est: ⁊ spiritus est de⁹. Joan. iiij. Spiritus aūt vel res spiritualis nō est minor in se nec in singulis participātibus: ꝙ a pluribus percipit: sicut patet de sapiētia: sciētia: lectione: predicatione: odore: voce: ⁊ huiusmodi que nō sunt in se peiores nec minores ꝙ a multis recipiūtur. Hoc etiā patet in re magis corporali: sicut de sole: qui sine sui diminutione ab oībus percipitur. Et de cādela: cuius lumē nō minuitur ex hoc: ꝙ multe candele de illa lumen recipiūt. Hoc etiā inuenimus in veteri testamento: ꝙ ipsi iudei nobiscum recipiunt: qđ videlȝ Helyas propheta ⁊ vidua et filius eius comederūt multis diebus de pugillo farine et lechito olei sine eorū diminutione. Sicut patet. iij. Regū. xvij. Idem etiam legitur in nouo testamento. Matth. xiiij. ⁊ xv. ⁊ Marci. vi. ⁊ Luce. ix. ⁊ Joan. vj. ꝙ videlȝ circa quinqȝ milia hominum comederunt de paucis panibus et piscibus: sine illorum diminutione: quia plus fuit de residuo: ꝙ̄ primo appositum. Insani: nonne credunt deum tante esse bonitatis et virtutis et potentie modo: quāte fuit tūc? Aut ꝙ deus qui curā habet de suorum fidelium salute: noluit tantū ostendere miraculū pro tota sua ecclesia: ecclesieqȝ sacramento ⁊ vita spirituali omnium bonorū christianorum: quātam ostendit pro vidua: et vita et eius filio in pugillo farine. Qui ergo concedunt illos illis videlȝ pugillo ⁊ oleo vixisse: illaqȝ in eorum mutasse naturam sine illorum diminutione: concedant nobis ꝙ nos viuere possumus deo qui est potentior ⁊ copiosior illo pugillo illum non mutando in naturam nostram sine sui diminutione. Si enim concedunt ꝙ illud cōsumitur: mutatur: ⁊ in aliud cōuertitur sine sui diminutione: a fortiori ratione concedere deberent ꝙ istud sacramentū qđ nō consumitur: nec in aliud mutatur. ipso teste Malach. iij. Ego inquit dn̄s et non mutor. ⁊ Augustinus in lib. confes. sumentem corpus christi: in persona dei alloquitur dicēs. Non tu me mutabis in te sicut cibum carnis tue: sed tu mutaberis in me. ¶ Tertio admirātur quomodo vnum ⁊ idem sacramentū esse posset in omnibus mundi ecclesiis et altaribus simul et semel quomodo etiā idē esse posset: ꝙ a principio ecclesie christianorū vsqȝ ad diem istū continue sumitur. Et ex ista infideli cogitatione intantum errāt: ꝙ dicunt nos plures adorare deos: nō reputātes possibile ꝙ idē totiens et in tot locis recipi possit. Istorum vero infidelitas cōuincitur tam exemplis ꝙ̄ scripturis: quas ipsi nobiscum recipiunt. Istud enim sacramentum deus est: deus autem est maioris potētie ⁊ in pluribus locis et temporibus idem: ꝙ̄ quecūqȝ creatura. Si ergo vna ⁊ eadē creatura videlȝ sol vnus ⁊ idem sit modo qui fuit a principio mūdi: ⁊ simul ⁊ semel per totū mundū in oculis recipitur videntiū ⁊ semper ad nostram vtilitatē communicatus ⁊ datus. Et vna potestas in pluribus iudicibus. Et vna sententia in duobus libus. Et vna vox preconis vel predicatoris in auribus plurium. Et vnus sonus campane per totam ciuitatē sub diuersis tectis ⁊ receptaculis. Quid mirū est ꝙ deus cui⁹ magnitudinis non est finis. in Psal. cxliiij. sit fuerit ab ecclesie sue exordio verus sol iustitie ad suorum illuminationem: idem sub diuersis hostiis in pluribus locis et temporibus: idem in celo et in terra in carnis specie quam de virgine sumpsit: et in panis specie in qua se nobis contulit vnus et idem in hostia et calice sub specie vini. Aliter tamen in hostia est corpus christi sacramentaliter per conuersionē: sanguis per concomitantiam anima per coniunctionē: deitas per vnionē: tota trinitas per idemptitatem. Nota. iij. 14. ¶ Sub specie vero vini est sanguis sacramentaliter per conuersionē: caro per con-

comitantiam: anima per coniunctionē: deitas per vnionem: tota trinitas per idemptitatem. Ratio predictorū est: quia non potest esse caro viua sine sanguine et aīa: nec sanguis viuus sine carne ⁊ aīa. Deitas vero carnem ⁊ sanguinē: que simul assumpsit nūqȝ dimisit. ¶ Sicut ergo cognitio et sapientia doctoris mediāte voce sensibili fit cognitio multorū auditorū: nō minus tam apud magistrum: ꝙ̄ apud discipulos manēs. Ita patris sapiētia increata: mediāte carne sensibili facta est sapientia multorū: eadē manens apud patrē: et in carne sensibili: ⁊ in mentibus fidelium. Et sicut verbū mētale scripto vel voce sensibili multis locis ⁊ cordib⁹ cōicatur: cibusqȝ multarū efficitur animarū: teste monio verbi incarnati. Matth. iiij. Non inquit in solo pane viuit homo: sed in omni verbo ⁊c. Sic verbū patris. de quo Joan. j. In principio erat verbū: mediāte carne sensibili ꝙ verbū caro factū est. Joan. j. Et mediāte pane visibili sub quo quotidie sumitur: fit cibus multorū. Ipso teste Joan. vj. Caro inquit mea vere est cibus: totiēs mūdo quātum in eo est cōicatur et datur. Et in omnibus ecclesiis idē est qui colitur: adoratur et sumitur. Nec mirū ꝙ in omnibus est ecclesiis: qui vbiqȝ est: ipso teste qui ait. Hiere. xxiij. Celū et terrā ego impleo. ⁊ Esa. vlt. Celū mihi sedes est: ⁊ terra scabellū pedū meorū. De quo etiā ppheta dicit in psal. cxxxviij. Si ascendero in celum: tu illic es si descendero ad infernū ades. In infernum ergo viuētes descendāt: qui deū ibi esse concedūt: et in sacramento ecclesie eum esse negant. ¶ Quar-
d to mirantur quomō ille de quo dicit Psal. cxliiij. ꝙ est magnus dn̄s cuius magnitudinis nō est finis: potest sub parua panis contineri portione: quib⁹ respōdetur ꝙ ille qui sub hostia cōtinetur: ꝙ̄tum ad suā deitatē spiritus est: ꝙ̄tum vero ad suā humanitatē: homo glorificat⁹ est. In ꝙ̄tum vero spiritus est: vbi vult spirat. Joan. iij. siue in paruo siue in magno loco. Inquātum vero gloriosus est: moratur ⁊ est et habitat vbi vult: ⁊ sicut ei placet: siue sub maiore siue minore panis specie. Ille ergo qui sepulchro clauso surrexit ianuis clausis intrauit: non occupando locū: sicut verbū exit et intrat cor dicētis et audiētis: pōt etiā paruū occupare hostie locū: ꝙ in sacramēto pacis factus est locus eius. Illa ergo gloria in se infinita nūc apparet in hostia christianis: que aliquando apparuit in nube iudeis. Apparuit inquit gloria dn̄i in nube. Exodi. xvj. Stulti enim sunt qui estimāt eum habere in nube vel in animabus suis immūdis: et eūdē habitare in hostiis mūdis negāt. ¶ Quinto mirātur f
quomodo post cōuersionē panis in corpus christi: cum non remaneat ibi natura panis sed deus: quomodo remanēt ibi sapor ⁊ color panis. Ex his eī intantū decipiūtur: ꝙ nihil aliud credent ibi esse: nisi panē: quē color ille representat. Quibus respōdetur ꝙ sicut color parietis remanet in veste: et odor pomi et specimīnū in manu post pomi amotionem: et absqȝ pariete. Ita in hoc sacramēto remanēt sapor ⁊ color panis: absqȝ natura panis. Et sicut aīa pulchra quandoqȝ sub turpi absconditur corpore. Et corpus pulchrū sub eruli habitu: et potentia et virtus lapidis preciosi quādoqȝ sub simplici colore. Et aurū et lapides preciosi sub vili capsa: ⁊ sanctissimū dei tabernaculum sub sagis de pilis caprarum. Exodi. xxvj. Sic in hoc sacramēto dei virtus sapiētia ⁊ fortitudo absconditur sub specie paneitatis. Ibi enim abscondita est fortitudo eius. Abacuch. iij. quam abscōsionem prophetauit Esa. dicēs. vere tu es deus absconditus. Esa. xlv. Qui ergo nobiscum concedunt ꝙ in tot reb⁹ predictis nobilior sit natura et virtus contenta: ꝙ̄ color continens pretendat: vbi non est maxima de absconsione vtilitas: quare idē nobiscum non concedunt: in hoc benedicto ac sancto ecclesie sacramento: vbi maxima est absconsionis vtilitas: sicut patebit infra eodē. c. articu. vij. Et qui deum in prophetis et scripturis suis absconditū predicant: nisi necessariorem et vtiliorem modum absconsionis allegare sciuerint hunc absconsionis modum nobiscum concedant. Intelligentes que sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in deo. Ephe. iij. Sed heu erat verbum istud absconditum ab eis: ⁊ nō intelligebant. Luce. xviij. ¶ Sexto miran- g
tur si verū sit ꝙ sit deus et homo gloriosus qui sub panis specie continetur: quomodo frangitur cum manibus: masticatur cū dentibus. Quibus respondetur ꝙ sicut contentum sub panis specie oculis corporeis minime videtur. Ita nec manibus aut dentibus frangitur vel laceratur. Quia sicut visus et tactus Isaac defecerūt in cognitione Jacob Gen. xxvij. non autem auditus: ꝙ patet per hoc ꝙ ait: vox quidem vox Jacob ⁊c. Ita in isto venerabili sacramento ceteris sensibus deficientibus: auditus nō deficit. Ille videlȝ de quo Roma. x. Auditus autem per verbum domini: fidelis enim et christi cognitio ex tali auditu causata ostendit ꝙ sicut corpore humano minutum in paruas pecias

fracto: et a bestijs consumpto et comesto:
nõ partitur in pecias anima in illo corpore
contenta. Sed tota integra etiam post cor-
poris consumptionem manet: ita confracta
& cõsumpta illa hostia: deus manet integer
qui sub hostia continebatur. ¶ Et sicut fra
cto speculo in plures partes non frangitur
faciei similitudo que in eo relucet: sz in qua
libet particula integra ostenditur. Sic fra-
cta hostia dei filius patris sui similitudo
non frangitur: sed integer manet sub quali
bet panis particula: vt sic de hac hostia ve-
rificetur: q de hui9 hostie figura preceptuz
7 fuit. Exo. xij. Nec os illius confringetis.
¶ Septimo mirantur: cum sit tam potens
deus q possit se ab inimicis suis custodire
quare voluit quãdoq a iuda & a iudeis ca
pi & occidi? quare vult etiam modo ab ini-
micis suis peccatoribus sumi? Et hoc erro-
re decepti quidam blasphemantes: dixerũt
eum non esse deum: quidam vero eum deũ
fatentes: dixerunt q statim quando labijs
tangitur peccatoris: auolat Christus: & re-
manet panis. Quibus respondetur: q sicut
ita verus agnus est qui deuoratur a lupo:
sicut qui comeditur a ppheta. Et ita verum
aurum & argentum recipitur in bursa pessi
mi vsurarij vel furis: sicut boni christiani:
hec enim suas non mutant naturas pter
recipientiũ malicias. Est tamẽ in cista ma-
li ad suum suspendiũ & damnationẽ: sed in
arca boni ad auxilium tempore necessitatis
Ita in pposito: ita verũ sacramentũ recipit
iudas: sicut Petrus: & recipit nũc pessimus
sicut optimus licet ad aliuz & aliũ effectũ:
sicut infra patebit. Non enim pter malos
suam mutat naturam: ille apud quẽ nõ est
transmutatio. Ia. j. Nec mirum debet esse
quod vult a malis christianis sumi qui vo
luit a perfidis iudeis capi & occidi & crucifi
gi: ad crucifigentium vtilitatem quantum
in eo fuit. Sic dum a malis sumitur: vt eos
ad bonum reuocet: ad eorum quantũ in eo
est sumitur vtilitatem. Magna enim rõne
deberent a dei inimicitia cessare: quando co
gitarent: q pius & benignus est q nõ obstã
te q inimici eius sint: se tamẽ eis offert. Si
rex offerret se inimico suo apud quem nihil
demeruit: ad faciendum de eo quod vellet:
& ad obtinendum de eo quod petere vellet
nihil aliud q pacem: nimis esset incurialis
qui inimicari nõ cessaret. Sic in pposito: il
li quibus seipsum offert: dicens: accipite et
comedite hoc est corpus meum Mat. xxvj.
quasi diceret nonne vos creaui: redemi: huc
usq gubernaui multa bona naturer fortu-
ne dando. Postremo etiam meipsum vobis
do: quid amplius vobis facere debui? Et ta
men cuz multa sint ista nihil aliud a vobis
pro omnibus istis requiro: nisi q me diliga
tis: et non peccetis: boni citius ad bonum tra
huntur augmentum tali cogitatione amo-
ris: q timoris. Sed heu multi nec trahunt
amore munerum cum christianis: nec timo
re cuz iudeis: hij: cũ hominibus non flagel
labuntur. in Ps. lxxij. Sed cum demonibus
in inferno. ¶ Octauo mirantur quod pp
predictas vtilitates vult seipsum damnifi
care: & inquinare: quod facit cum a malis
recipitur. Sicut inquiunt liquor in vasem
mundo receptus sordidatur & damnificat.
Ita hoc sacramentum. Quibus respondet
q ludus iste sic diuisus est inter Christum
sumptũ & peccatorẽ sumentẽ: q iucundi
sit Christo: manet tamen in faciẽte: sicut
nor in honorante: tota vero sordidatio
num sit sumenti & non Christo. Quia sicut
sole lucente cum calore super fimariũ ipse
fimarium plus feret: sed ex hoc sol nõ fieret
nec remanet in eo damnum aut feditas ali
qua. Infirmus etiã indiscrete solis calores
recipiẽs: inde mortẽ icurrere põt absq solis
damno. Ita iste sol iusticie Christus hodie
sacramẽtaliter: & receptus super fimarium
diaboli & inferni. i. super animã peccatoris
ipsum amplius feret: q magnũ addit pec
catum: sed in se maculam non trahit: quia
dicit canon: q sacramenta: sicut necessaria
cis immundis per que transit inquinatur
Ita nec ipsa a sumẽtibus inquinari. Dis
xix. scõm. ¶ Ipse tñ infirmus indiscrete
ius solis calores: & tã preciosum & delicatũ
cibũ contra infirmitatis sue statũ recipiẽs
seipsum interimit. Cuius periculũ figura-
tiue predixit Christus Mar. ij. Nemo inqt
supple sapiẽs mitti vinũ nouũ in vtres ve
res. i. sacramenta in animas vlilatore pecca
ti veteres q vinũ effundit: q sacramẽta ad
hmõi salutẽ nõ remanebunt: & vtres per
bunt. i. male recipientes. Quod pz. j. Cor.
xj. qui inqt mãducauerit panẽ & biberit ca
licẽ dñi indigne: reus erit corporis & sangui
nis dñi. Glosa id est ac si Christũ occiderit
puniet: nec mirũ: quia magnum committit
delictũ. Quod quidẽ sic pbãgit Bern. Heu
inquit q temerariũ q nepharium est mi
tatis manibus tractare virginis filiũ quis
auditus sustineret auriũ? quis oculus nõ
confunderetur ad intuitũ: que mens nõ
peret in excessum: vbi mundi preciũ mittit
in sterquiliniuz? non est minus detestabile
in os pollutũ: q in lutum mittere virginis

filij. Mundamini ergo: qui fertis vasa dñi.
Esa. lij. ¶ Nono mirantur: quõ hoc sacramẽ
tum cum in se sit idẽ: quomõ in recipienti-
bus tantam habeat diuersitatem: q aliqui
inde vitã aliqui mortẽ recipiũt? Quibus re
spõdet q cã diuersitatis est ex parte recipiẽ
tiũ: q sicut cib9 corporalis in se fortis & bo
nus a sanis sumptus eos reddit fortiores.
Idem vero cibus ab infirmis sumptus: eos
occidit. Sic iste cibus de quo Ioan. vj. Ca-
ro mea vere est: cibus bonis sumitur ad gra
tie augmentum & ad vitam. Ioan. vj. Si
quis mãducauerit ex hoc pane: viuit in eter
num. Malis vero ad mortem: sicut pater de
Iuda qui postq male hoc sacramẽtũ sum
psit: statim nouo peccato & maiori q prius
fecerat: christũ iudeis tradendo: & seipsum
suspẽdendo peccauit. Quia sicut cibus for-
tis ab infirmis acceptus eos ad infirmita-
tes grauiores vel ad mortem ducit. Unde
Crisosto. super Matth. omel. v. Sicut inqt
corporalis cibus cũ ventrẽ inuenerit aduer
sis humoribus occupatũ magis nocet: et
nullũ prestat auxiliũ. Ita & iste spiritualis
cibus: si aliquẽ repperit malignitate pollu
tum: magis eũ perdet: nõ sua natura: sz ac-
cipiẽtis vicio. Sicut enim in iuda diabol9
post sacri susceptionem maiorem accepit
potestatem. Ita & in istis: vt ad maiora pec
cata & ad inopinatas ducat confusiones. pz
ergo qd licet egris & sanis sit sana refectio
panis. Sed christi panis: non est sanus ni-
si sanis. Probet ergo seipsuz homo: supple
an sanus sit vel infirmus. Et sic de pane illo
edat: & de calice bibat. j. Cor. xj. Nota. M.
xl. 2.
¶ Et nõ solũ mirabiliter vt dictũ est: sz etiã
potenter pauit nos deus: q tãta est sacra-
mẽti istius sublimitas q angeli boni ei fer
uiant. Tante vero potẽtie est: q angeli ma
li muiti ei subijciantur. Quod ostẽdit per
hoc q predicante sancto Petro martyre in
partibus Italie: cõtigit eũ aliquando decli
nare ad domũ dñi cuiusdã ville cuius sub-
diti erãt heretica prauitate infecti: q semel
occulte sub sigillo secreti dño suo aliam per
suaserãt fidẽ promittentes q eũ sicut tene
bant: p bono suo premunirẽt. Qui rñdit q
si aliã fidẽ meliorem sciret: libẽter eã recipe
ret. Cui illi: nonne crederes beate Marie di
centi tibi q alia melior sit? Imo inquit. Cui
illi pmiserunt: q die crastino ipsam super
hoc audiret. Habuerunt enim diabolũ eis
mitãtũ familiarẽ: q in ipsius similitudinẽ
transformatus: se eis oñdebat. Cum eis ergo
ad ecclesiã illoz veniens: & ipsum in forma
predicta vidẽs: quasi iratũ cõtra eũ vir pei-
bus illoz vicet9 eũ recepit pcipiẽs q doctri-
ne illorũ obediret. Ad quẽ sctũs Petr9 post
ea veniẽs: & vultũ eius mutatũ videns. Uix
ab eo causam scire potuit. Cui finaliter to-
tum aperuit: sperãs sanctum Petrum etiã
ad errorẽ illoz ducere qui pmisit: q si bea
ta virgo Maria ei aliã oñdere vellet fidem
eã ex corde pfiteret: dñs vero pmisit: qd in
crastino ipsam audiret. Qui mane surgẽs:
duas consecrauit hostias: vnam secum & in
pixide honeste reseruãs cũ qua cũ alijs co
ram diabolo veniẽs: ab eo prius dure repre
hensus q seruos suos persecut9 fuisset. Et
ideo nisi esset mater misericordie: eum mini
me ad miam reciperet. Tunc beat9 Petrus
pixidem extraxit: dicens: si mater eius es:
adora hic filiũ tuum: q inquantũ deus est
maior te est: & eũ adorare teneris: qui statiz
euanuit fetorẽ maximũ post se dimittẽs. Et
sic istius sacramenti potẽtia: diabolus est
fugatus: & dñs predictus ad verã fidẽ reuo
catus. ¶ Idẽ oñdit per hoc q hystorie qdã Exem.
continẽt: quasi de quodã heretico igni iudi
cato: quem diabolus duobus diebus ab in
cẽdio liberauit: quia qñ in igne ponebat: 1x
nubẽ adduxit & ignẽ extinxit: populus vero
eũ sctm acclamauit: & inquisitorẽ qui eũ cõ
dẽnauit: cõbustione dignũ. Inquisitor vo
periculũ vidẽs fidei: die tertio missam ma-
ne celebrãs vnã hostiã consecratã in pixide
reseruauit: & inter diabolũ cũ nube sua soli
to veniẽtẽ & ignẽ pixidẽ tenuit. Diuertenti
vero vt per aliã partẽ igni appropinquaret
tem non solum antiquis: verum etiam no=
uis declarat operibus: nuper namq; in ciui
tate Remensi: cum diabolus a puero quem
vexabat nullo modo posset expelli ⁊ officio Eccl.
cuiusdam sapientis qui instinctu spiritus
sancti hoc propter defectum baptismi eum
pati intellexit: cum conditionaliter esset ba=
ptizatus: malignus spiritus vim baptisma
lis sacramenti ferre non valens: discessit.
¶ Alia etiam persona nec confessione nec cō
munione: nec quocūq; remedio a tentatione
proprie submersionis vel occisionis liberari
potuit: nisi solo baptismo. Sed informata
ꝙ ex quo nullum aliud sacramentum ei pro
desse potuit ꝙ fuit defectus ianue ⁊ funda=
menti: id est baptismi: ⁊ credens baptizata
fuit: ⁊ a tentatione liberata: vt veritas chri=
sti comprobetur dicentis. Matthei. xvi. Qui
crediderit ⁊ baptizatus fuerit: saluus erit
qui vero non crediderit condemnabitur.
Sed queri potest quare diabolus non vexat

infideles qui nunq; baptizantur: sicut pue=
rum illum inter christianos non baptizatū.
Responderi potest ꝙ pueri christianorum so
lo errore et ignorantia vel ministrorum ebrie
tate non baptizantur: ⁊ deus vult ꝙ per ta=
les vexationem error ille tollatur: et fides ex
altetur. Sed infideles parentum voluntate
precedente et propria voluntate consequen
te et approbante non baptizantur: vnde li=
cet vsq; ad mortem vexarentur: nec baptiza=
rentur: nec fidem nostram susciperent: sic per
eos inanis esset vexatio q nō daret intellectū
per quā nec error tolleretur: nec fides extolleretur
quia neq; audiunt neq; credent Exo. iiij. Quod
videlicet sola christianorum vna sit fides:
vnum baptisma. Ephesios quarto. Ad pre=
6 sens etiam propositum probandum est hy=
storia satis autentica: que ex decimo libro ec
clesiastice hystorie accipitur quasi per istum
Eccl. modum. Iulianus apostata factus impera
tor: sciens ꝙ fides nostra multum innititur
⁊ roboratur. Ex prophetia danielis nono in
fine capituli: in quo continetur ꝙ per breue
tempus post mortem christi per ducē roma=
num. i. Uespasianum destrueretur hierusa=
lem: ⁊ ꝙ deficeret hostia ⁊ sacrificium: ⁊ in tē
plo esset desolatio in sempiternum: tāq; chri
sto ⁊ christiane fidei inimicus: propheti=
am illam modo qui sequitur destruere ni=
tebatur: vocauit ad se maiores iudeorum et
quesiuit ab eis quare antiquum non obser=
uabant modum q̄tum ad sacrificia ⁊ obla=
tiones ⁊ holocausta ⁊ immolationes phase
⁊ vnctiones pontificum ⁊ huiusmodi que in
lege precepta erant: qui responderunt: ꝙ hu
iusmodi facere non poterant nisi in Hieru
salem: cuius dominium non habuerunt: et
in templo quod destructum erat. Quibus il
le precepit templum edificare: ⁊ omnes an=
tiquas inchoare solennitates: ad ostenden=
dum ꝙ corde contra dei veritatem concepe=
rat: ꝙ videlicet nondum venerat christus:
post cuius aduentum omnes in templo so=
lennitates cessarent. Iudei vero de tali gau=
dentes mandato: de diuersis mundi parti=
bus magnis cum diuitijs ad locum illum
pro solennitate incipienda confluebant: non
sine copioso lignorum ⁊ lapidum artificum
apparatu per quos cum omnia materialia
essent disposita ⁊ dies esset assignata pro tē=
pli fundamento ponendo. Nocte diem illum
precedente terremotu maximo facto: funda=
menti fossata replebantur lapides mirabi=
liter frangebantur: ⁊ ligna comburebantur
Iudei illuc congregati plures occidebantur
⁊ in crastino ignis visibiliter per plateas ap
parens: quos iudeorum reperit: incendit. Et
ne vindicta hoc seu tempestas putaretur a
casu vel causa accidisse naturali: in vestib⁹
iudeorum qui euaserunt signum crucis ap
paruit: ꝙ nulla lotione per plures dies dele
ri potuit: ostendens ꝙ ille qui in cruce ꝓphe
tias impleuit contra quem pugnabant: vin
dictam illam exercuit. Sic opera ostendunt
ꝙ fides illorum qui iam christum receperūt
est sola bona ⁊ tyrannos vincit ⁊ hereticos:
⁊ iperatores. Hec est inquit victoria que vin
cit mundum: fides nostra. Quis est autem
qui vincit mundum nisi qui credit quoniam
Iesus est filius dei. i. Io. v.
¶ Hec autem fides eo modo quo haberi de Art. ij.
beret: ab omnibus non habetur: quia non 7
omnium fides est. Fidelis autem deus est q̄
confirmabit vos ⁊ custodiet a malo. ij. Thes
sa. iij. Sed illorum tantum est fides ad salu
tem ⁊ veritatis cognitionem: qui formam ha
bent fidei scilicet charitatem: sine qua fides
est sicut corpus sine anima: et materia sine
debita forma. Et omnia que sine fide illa in
anima recipiuntur ⁊ intelligūtur: sunt sicut
cibus receptus in corpore: vbi non est calor
naturalis digerens: quia sicut talis cib⁹ nō
prodest: ita si habuero omnem fidem: ita vt
montes transferam: charitatem autem non
habuero: nihil mihi ꝓdest. Charitas patiēs
est benigna est: non emulatur non agit per
peram non inflatur non est ambitiosa non
querit ⁊c. i. Cor. xiij. Nota. C. i. per totum.
Secūdo etiam requiritur ꝙ lumen habeāt
gratie: quia sicut non videntur corpora cele
stia sine lumine exteriori ⁊ mundali ⁊ ocu
lo corporali: cecus enim vel lumine carens
illa non videt: ita non videntur spiritualia:
⁊ credibilia ⁊ articuli fidei: nisi mediāte lu=
mine spirituali scilicet gratie que est lux ve=
ra: ⁊ visu fidei: qui est visus quo intellectus
videt Hebreo. xi. Fide intelligimus: nō qua
cunq; fide: sed illa que illustratur lumine
gratie: quia sicut corpora celestia non osten
duntur quocunq; lumine: sed solum lumine
illo qui de illis corporib⁹ descendit. Omnes
enim ignes vel candele mundi simul accense
illa non ostenderent lumine proprio subtra
cto: sed magis visum illorū impedirēt: sicut
patz de nocte vbi lumē aliorū luminū īpedit
ne stelle clare videātur: q̄n inter nos ⁊ illas
interponuntur: ita nec de⁹ ⁊ sancti ⁊ articuli fi
dei quocunq; manifestantur intellectu vel
argumētatione vel lumine intellect⁹ agētis vel
possibilis: sz solū lumine grē: qd de deo quē
videre volumus descēdit: sz magis illis īpedit
sicut aspectus stellarum per aliud lumen

interpositum:quia frequenter qui talibus
innituntur argumentationibus ⁊ curiosis
inuestigationibus ꝗrum ad ea que dei sunt
nimis habent de fide:propter quā causam
tales in fine dolent:ꝙ vnꝗ plura sciuerunt
ꝗ mater illorum. Ideo Ambrosius.lib.pri-
mo de trinitate omnes hortatur:dicens. Au-
fer argumenta:vbi fides queritur iam diale
tica taceat:piscatoribus creditur:non diale
cticis. Beatus vero Gregorius.iiij.dialogo-
8 rum.c.j. Tales lumine gratie carentes nihil
ꝗ credentes nisi quod sensibili vident expe-
rimento vel quod naturali deprehendūt ra-
tione:compareat puero in carcere nato ⁊ nu
trito:cui forte mater que eum genuit solem
lunam stellas montes et campos volantes
aues currentes equos nominet:ille qui est
in carcere natus ⁊ nutritus qui solū illa scit
que in carcere vidit:licet hec esse audiat:diffi
dit:quia non vidit:ita tales qui lumen gra
tie ꝟ spiritumsanctum non habent in carcere
huius mundi nati:licet summa quedā gau
dia esse audiant bonis ordinata. Angelorū
etiam ⁊ animarum ibi esse multitudinē:pe-
nas etiam eternas malis preparatas:quia
tamen ista non viderunt:ea esse non credunt
vel saltem dubitant cum tamen illorum irra
tionalis sit dubitatio:quia teste beato Gre-
gorio vbi prius.sicut puer stultus est si ma
trem estimat de luce mentiri:quia ipse nihil
aliud ꝗ tenebras carceris agnouit:quia li-
cet ipse alia non viderit:deberet tamen ma
tri credere que alia vidit:ita in ꝓposito stul
tus immo hereticus est:qui estimat christū
mentiri de gaudijs bonorum ⁊ penis malo-
rum qui illa vidit ⁊ ad hoc in mūdum venit
vt nos in hoc carcere de illis informaret de
quibus etiam in euangelio frequenter nos
docuit ⁊ sollicite ⁊ spiritumsanctum ad hoc
misit:quotquot ergo gratiam ⁊ spiritūsan
ctum hereditatis nostre pignus accepimus
de vita inuisibilium non dubitemus:sed di
ligenter ad illam per fidem ambulemus.ij.
Cor.v.sicut patet infra.e.c.xi. Et si quando
visus iste quo ambulamus:puluere pecca
torum impediatur:vel fumo alicuius leuis
cogitationis infidelitatis pulueris cōfessio
ne purgetur. Et visus interius cito ab illo fu
mo auertatur.⁊ i eo totaliter figatur:credē
do ꝙ ita est sicut deus dicit:⁊ ecclesia docet:
⁊ non inuestigando quomodo hoc esse pōt:
quia si:illam sanctam trinitatem ⁊ alia ad
fidem pertinentia non attinget. Quia teste
August.primo de trinitate mentis humane
acies inualida:in tam excellenti luce non fi
gitur:nisi per iusticiam fidei mūdet. Sicut
etiam si res perdita melius inueniri non po-
test:ꝗ in lumine. Ita nec anima perdita pec
cato. Attende ergo lucernam fidei:videndo
finem bonorum ⁊ malorum vt animā pecca
to perditam inuenias:nec particeps sis finis
malorum:reportantes finem fidei nostre sa
lutem animarū vestrarum.j.Pe.j.
¶ Et quo sine forma charitatis ⁊ lumine gra
tie fides haberi nō potest:patet ꝙ ritus seu
secta quecunq infidelium quia charitatem
⁊ gratiam non habent:non fides sed infide-
litas dicenda est:⁊ ad hoc probādum ⁊ oste
dendum rationes necessarie ⁊ prophetarum
testimonia adducenda sunt. Circa cuius pro
bationem sic proceditur. Primo ostendetur
specialiter ꝙ iudei in fide quā de messia id est
christo habent:errant:ꝗrum ad hoc ꝙ dicūt
eum nondum venisse. Secundo posito ꝙ ve
nerit vel venturus sit:adhuc ostendetur ꝙ ma
le intelligunt prophetarum scripturas:que
de ipso sunt. Et tertio ex his duobus conclu-
ditur intentum. Primum probatur tam ra-
tione sumpta a signo vel effectu:in qua vide
licet per effectum inuestigabitur causa quā
etiam per prophetiā in prima ratione iudeo
rum infidelitas ex illorum ostendetur capti
uitate:nunꝗ captiuabantur nisi quia erra
uerunt in fide vel in opere:quia sub conditio
ne fidei ⁊ custodia mandatorum dei promi-
sit eis Moyses Deut.xxvj.dicens. Faciet te
excellentiorem cunctis gentibus quas cre-
auit. Si ergo vnꝗ ab hoc dei promissio defe-
cerunt:hoc fuit quia in aliquo duorum pre-
dictorum defecerūt:hoc patet a principio to
tius sacre scripture vsq ad finem:ꝙ videli-
cet quando deum dereliquerunt dereliquit
eos:⁊ quando recta fide ⁊ mandatorum cu-
stodia eum quesierunt liberauit eos:ita ꝙ
illa regula semper fuit eis generalis quā de
dit eis deus per Asariā virum dei.ij.Parali.
xv. Si inquit quesieritis eū inuenietis. Si
dereliqueritis eū dereliquet vos. Cum ergo
nunꝗ ita diu eos dereliquerit deus in capti
uitate ⁊ miseria sicut in captiuitate facta p
romanorum principes. Titum ⁊ Vespasia-
num:quia nulla alia captiuitas facta siue
per philisteos:siue per quoscunq alios du-
rauit vsq ad centum annos:loquendo de il
lis de tribu iuda:diuturnior enim illorum
captiuitas que facta fuit a Nabuchodono-
sor rege babiloniorum.iiij.Re.xxiiij.nō du-
rauit nisi septuaginta annis. Hec vero a ro-
manis factā durat vsq in hodiernū diē. Ergo
oportet ꝙ in aliquo predictorū vel fide vel operibus
grauius sit illorū nunc delictū:ꝗ vnꝗ ante
fuerit:pro quo diutius captiuantur. Sed illorū

delicti grauitas:in operibus illorum inue-
niri non potest. Ergo oportet ꝙ in fide illo-
rum inuestigetur causa captiuitatis illorū
minor patet:⁊ ꝗrum ad opera que faciunt
⁊ ꝗrum penas quas frequenter sustinent.
10 Faciunt enim opera pietatis ⁊ mutue sup-
portationis:multo meliora ꝗ christiani:si-
cut patet.F.iii.15. Ibi ostēsum est:ꝙ iuuāt
cadentes ⁊ deficientes:sed christiani non so-
lum non iuuant cadentes ⁊ deficientes:sed
quod peius est volentes inter eos crescere:ꝑ
inuidiam ⁊ mendacia ⁊ accusationes ⁊ falsi
tates ⁊ persecutiones nituntur deprimere.
Et non solum hoc:sed quando deficere vel ca
dere incipiunt:plus cadere faciūt:verbi gra
tia:si per propriam fatuitatem vel per illorū
deceptiones sit in tali necessitate positus.ꝙ
oporteat eum vnam arcam terre sue vende-
re:eum sic circumuenire nituntur:ꝙ vnam vē
dat post aliam:vsq nec habeat terrā vel do-
mum:dando minus quod poterunt. Cū ve-
ro ad mendicitatem venerit:eum potius de
rident ꝗ aliquid aliud pro eo faciant. Si er-
go captiuitas esset pro defectu operum:po-
tius deberent christiani captiuari ꝗ iudei.
Nota simile argumentum.N.j.8. Quasi ex
consimili cogitatione legitur quēdam iudeū
fidem recepisse christianorum quo baptiza-
to quesitum fuit ab eo:postꝗ ita magnus
fuit inter suos quid eum mouit ad susce-
ptionem fidei nostre? Qui respondit:cau-
sam conuersionis esse virtutem fidei nostre
querentibus vero quomodo ipse sciret vir-
tutem:ipsemet respondit quasi sic:qui loquit
gens christiana virtute operum tantum du-
rare nō posset:quia opera pessima sunt. Er-
go oportet ꝙ sit virtute fidei:rationabiliter
fuit motus:quia vidit ꝙ iudeorum opera
fuerunt bona:quia strictissime mādata dei
obseruant. Nunꝗ strictius sub Salomone
vel Dauid vel quocūq rege melius dei man
data obseruabant:ꝗ nunc:quia tunc quasi
semper dicitur ꝙ immolabant in excelsis:ꝑ
etiam tunc proni fuerunt ad idolatriam et
huiusmodi. Nunc vero nec immolant in ex-
celsis nec adorant idola:nec fratribus suis
id est iudeis mutuant ad vsuram vel sabba-
ta frangunt. Nota.F.viij.11. ⁊ tamen in mi
seria sunt. Inter nos vero vidit totum cōtra
rium:ꝙ videlicet dei mandata pessime custo
dimus:⁊ tamen gens nostra stat ⁊ regnat.
Ex qua diuersa fortuna motus fuit arguere
ꝙ casus illorum ⁊ miseria non fuit defectus
operum sed fidei:⁊ status noster non fuit ꝓ
pter opera:sed propter fidem illorum ꝗ ope
ra bona non habēt quia talis fides sine ope
ribus mortua est. Ja.ij. Sed propter fidem
⁊ opera aliquorū bonorū inter nos. ¶ Idem 11
obijcitur:quia per ista videtur ꝙ christiani
deberent potius captiuari ꝗ iudei:quia pe
iora faciunt. Iterum per iam dicta non vide
tur quod delictum infidelitatis sit causa ca
ptiuitatis iudeorum:quia sic saraceni essent
captiui:quia fidem non habent. Responde-
tur ꝙ licet christiani multi peiora faciant iu
deis:⁊ sic cōtra fidem illorum operent tamē
inter eos sunt aliqui boni qui fidem habent
⁊ opera:qui christianitatem sustinent ⁊ sup
portant sicut medulla arborem:ꝙ totaliter
non siccetur:licet aliqui rami sint aridi. In-
ter iudeos vero nullus est qui fidem habeat
Et ideo vbi nullus est humor in arbore:tota
arida est:⁊ casui ⁊ igni disposita. ¶ Ad secū
dum respondetur:ꝙ saraceni nunꝗ legem
bonam aut fidem dei receperunt. Nec ꝓphe
tas de populo suo sicut iudei:qui legem bo
nam deo cum eis loquente receperunt:⁊ qui
se ei seruituros fideliter promiserunt:dicen
tes. Exo.xxiiij. Omnia que locutus est dñs
nobis faciemus:sed postmodum circa fidē
naufragauerunt.j.Thimo.j. Negantes il-
lum qui in lege quam dedit promissus erat:
⁊ peius est promittere ⁊ non tenere promis-
sum:ꝗ non promittere ⁊ non tenere:quia quā
do primus facit contra promissum:commit
tit ⁊ inobedientiam ⁊ mendacium:secūdus
vero inobedientiam solam:primus grauius
secūdus minus delinquit:ideo primus ma-
iorem meretur captiuitatem ⁊ miseriā. Sic
in proposito de iudeis ⁊ saracenis. Nota.L.
xvij.34.⁊.M.ij.3. Patet ergo ꝙ licet sarace
ni infideles sint sicut ⁊ iudei:iudeorū tamen
infidelitas grauior est:⁊ pluribus penis di
gna. Quod etiam causa istius penalitatis 12
potius in fidei ꝗ in operum defectu queren
da est:hoc ostensum est in operibus que fa-
ciunt. Idem ostēditur in penis quas patiū
tur certum est ꝙ multi iudeorum frequēter
durissimas penas ⁊ finaliter vilissimā mor-
tem sustinuerunt pro fide illorum:multo vi
delicet grauiores:ꝗ multi martyres ꝓ fide
christianorum:quia frequēter auditum est
ꝙ pro zelo ⁊ furore quem habent in fide illa
⁊ detestatiōe legis nostre blasphemauerūt
sacramenta legis nostre:super quibus con-
uicti:traditi fuerunt ignibus:quos euade
re poterant:si fidem illorum negare ⁊ nostrā
accipere voluissent:in multis terris vbi Iu-
dei habitant si fecerint aliquod fractū pro
quo debent sm terrarum consuetudinē per
pedes inter duos canes suspendi:sicut ipsi
inter duos latrones suspenderunt christum:

vel pro quo debeant comburi: si ante senten-
tiam datam fidem nostram ⁊ baptismum su-
scipere vellēt: vita eis daē: preeligūt tamē po-
tius illas sustinere penas ⁊ mortem: q̃ fidē
suam negare: nec tamen vnq̃ auditum est q
deus pro sic mortuis talia ostenderit mira-
cula: qualia pro sanctis ostendit occisis in fi-
de christianorum. Isti enim idola detestan-
do infidelium: ⁊ caput potius ponendo qd
breui hora amputatur: anteq̃ fidem christi
negarent: sicut patet de legione thebeorum ⁊
societate maurici ⁊ sociorum eius ⁊ multo-
rum aliorum: multis miraculis quibꝰ mun
dum repleuerunt: post corporis mortem cū
christo viuere ostensi sunt. Illi vero sacramē
ta detestando christianorum: que quidē de-
testatio eis laudabilis esset si fides nr̃a ma-
la esset: sicut ⁊ laudātur christiani martyres
qui modum detestabantur infidelium in sa
crificijs ⁊ huiusmodi. Sicut patet de Kathe
rina: ⁊ in fide moriendo illorum: nunq̃ viue
re post mortem miraculis ostēditur: nec tor
tores illorum a demonio vexantur vel occi-
duntur: sicut tortores martyrum: vbi vnq̃
auditum est q ad sepulchrum talis: vel ad
sepulchrū apostate in fide nostra vel ad se-
pulcrum crudelis tyranni vel cupidi vel alte
rius mali christiani qui multa sustinuit et
mortem passus est duriorem in mala vita
sua: ⁊ plures habuit tribulationes q̃ multi
martyres: cecus sit illuminatus: vel infirmꝰ
sanatus vel mortuus resuscitatus: q lꝫ mi
rabile non sit in malis christianis: qui vitaꝫ
non habent bonam: nec martyrij titulū vel
causam qui pro peccatis ⁊ in peccatis suis
moriuntur: esset tamen mirabile in iudeis: si
fides illorum esset bona: qui pro feruore le-
gis illorum ⁊ in fide sua moriuntur. Patet
ergo q fides illorum valida non sit: p qua
mortui ⁊ de terris multis banniti ⁊ incarce-
rati: ⁊ multipliciter afflicti miracula nulla
faciunt quia cum captiuitatis effectus vel
miraculorum defectus in vita vel moribus ⁊
operibus que faciunt vel penis que sustinēt
inueniri non possit. oportet q tota causa si-
cut iam ostensum est: sit ex parte illorum in-
fidelitatis. Et non ex hoc q aliqua adorant
que adorare non deberent: quia hoc non fa-
ciunt: quia solum deum celi quem magnum
vocant adorant: sed ex hoc q non adorant:
sed potius negant christum: quem adorare
deberent: de quo in ps̃. lxxj. Et adorabunt eū
omnes reges ⁊c̃.
33 ¶ Quod enim hec causa sit captiuitatis eo
rum quia videlicet christum negant pulcher

rime patet Dañ. ix. vbi sic prophetatū fuit.
Occidetur inquit christus: ⁊ non erit eiꝰ po
pulus qui eum negaturus est. Et populus
iudaicus qui christum occidit ⁊ negauit p-
pter cuius occisionem ⁊ negationem capti-
uati fuerunt a romanis: sicut patet ex ver-
bis que immediate sequuntur in hunc mo-
dum. Et ciuitatem suam hierusalem ⁊ san-
ctuarium scilicet templi dissipabit populus
scilicet romanus cum duce venturo scilicet
Vespasiano ⁊c̃. Et q captiuitas ista semper
durabit q̃diu durat eorum infidelitas: pa-
tet per hoc q sequitur. Et finis eiꝰ vastitas:
deficiet hostia ⁊ sacrificium: ⁊ in templo erit
abominatio desolationis: ⁊ vsq; ad consum-
mationem ⁊ finem perseuerabit desolatio.
Patet ergo tam ratione sumpta a captiuita
te illorum q̃ pphetico testimonio: q iudei
non credentes christum venisse: circa fidem 4
errant. Idem ostenditur ratione ⁊ autorita
te sumptis primo. Deut. xxx. Ubi deus pro-
mittit eis per Moysen: q postq̃ penituerint
⁊ obedierint deo: reducet eos dominꝰ de vni-
uersis terris in quibus dispersi sunt ⁊ de ca-
ptiuitate sua: atq; introducet in terram quā
possederunt patres eorum. ⁊ maioris nume
ri ipsum faciet q̃ fuerunt patres sui. Sz cer
tum est q nunc melius deo obediunt q̃ fece
runt patres eorum. Sicut patet supra. co. c.
ro. Quod ergo non sunt reducti: non est nisi
quia non penitent de sua infidelitate. Secū
do sumptis ex ablatione sceptri illorū Gen.
xlix. Quod Iacob filijs suis spiritu prophe
tico ventura prenuncians dixit: non auferet
sceptrum de iuda ⁊ dux de femore eiꝰ / donec
veniat q̃ mittendus est: ⁊ ipse erit expectatio
gentium: id est donec veniet christus cui sce
ptrum debetur regium quia ipse est verus regū
quo veniente sceptrum illorum: id est pote-
stas regia ⁊ dominandi ablata fuit ab eis:
quia postq̃ verum regem scilicet christum
ante pylatum negauerunt: nunq̃ regem de
propria gente habuerunt. Ex quo ergo iacob
predixit in aduentu christi ipsos sceptrum
amissuros: quod innuitur in hoc quod dicit
donec: quod etiam rei probauit euentus: nā
licet sub diuersis capitibus propter peccata
sua aliquotiens ad tempus regibus ppriis
gentis caruerunt: nunq̃ tamen illis finaliter
priuati fuerunt ante aduentum christi. nam
etiam illo tempore herodem regem habue-
runt: qui licet gentis non esset iudeorum ori
gine: fuit tamen ritu. Quia sm̃ Iosephum
iudeorum hystoriographum: circuncisus
fuit. Mirum est q videntes signū quod pre

dixerat impletum non credunt: aut sceptrū
illorum ostendant aut christum nobiscum
ij adorent. ¶ Sed hic respondere solent: q sce
ptrum illorum est in partibus orientis iter
montes caspios: vbi sunt residui de decē tri-
bubus inclusi tempore Alexandri. Sed hoc
stare non potest propter duo. Primo quia il
la promissio de sceptro facta fuit tribui iuda
Illa autem tribus infra montes illos inclu
sa non fuit: sicut patet per hystoriam huius
li. ij. Secundo quia hoc esset contra illud qd
predixit deus Osee. iij. dicens. Dies multos
sedebunt filij israel sine rege ⁊ sine principe ⁊
sine sacerdotio ⁊ sine altari ⁊ sine ephod ⁊ si
ne seraphin. Et contra illud Azarias facto
in se spiritu dei. ij. Paral. xv. Transibunt in
quit dies multi i israel absq; deo vo ⁊ absq;
sacerdote ⁊ absq; doctore ⁊ absq; lege. Istas
pphetias oportet tempore post mortē chri-
sti impleri. Si velint dicere q āte rege carue
runt ⁊ templo ⁊ sacrificio: ⁊ huiusmodi: hoc
est contra hoc quod predixerunt: q videlicet
semper regem habuerunt infra montes ca-
spios. Et preterea qualiter sit de alijs condi
tionibus in autoritate inclusis: lege nunq̃
caruerunt nisi postq̃ lex per christum finita
fuit. Patet ergo q errant q̃tum ad hoc q di
cunt christum adhuc non venisse. In secūdo
etiam errāt male videlicet intelligentes scri-
pturas que de christo predicte sunt: cuius er
roris vna causa est: vt fugiant christianorū
argumenta: qui per scripturas illum osten-
dunt esse christum in lege promissum quem
ipsi receperunt: ⁊ hoc per testimonia prophe
tarum que in ipso impleta sunt. Iudei enī
videntes q christiani sic arguunt cōtra eos
prophete talia de christo predixerunt: videli
cet q debuit nasci de virgine: q debuit esse deꝰ
⁊ homo: q debuit mori pro populo ⁊ huius-
modi: que omnia in christo nostro impleta
sunt: ergo ipse iam venit: ⁊ nos bene eum re
15 cepimus: volentes conclusionem vitare: ne-
gant primum: q videlicet prophete talia nō
predixerunt de christo testimonia. ¶ Contra
quos ostendere oportet q male negant. Et
primo q̃tum ad hoc q ipsi dicunt ⁊ in tabu
lis illorum scribitur q messias in lege ⁊ pro
phetis promissus non erit deus: sed purꝰ ho
mo: quod patet esse contra illud quod dixit
Esaias. ix. Paruulus inquit natus est nobis
⁊ filius datus est nobis: ⁊ factus est princi-
patus super humerum eius: ⁊ vocabitur no
men eius admirabilis consiliarius deus for
tis pater futuri seculi princeps pacis ⁊c̃. In
ista autoritate expresse exprimitur tam mes

sie humanitas q̃ deitas. Idem patet Dañ.
vij. Aspiciebam inquit in visione noctis: ⁊ ec
ce cum nubibus celi quasi filius hominis ve
niebat: ⁊ vsq; ad antiquum dierū peruenit.
Et cito post: potestas eius potestas eterna:
que non auferetur: ⁊ regnum eius non cor-
rumpetur. Idem patet Mich. v. Et tu inquit
Bethleem effrata paruulus es: id est minu-
lus: glosa in milibus iuda. Ex te egredietur
qui sit dominator in israel. egressus eius
ab initio: a diebus eternitatis. In qua auto
ritate ⁊ locus ⁊ deitas exprimitur nascentis
quia nihil fuit ab initio a diebus eternitatis
nisi deus. Nota. M. iij. 17. Sed dicunt q om
nes anime sunt ab eterno create q etiam il-
le egressus potest intelligi de prouisione di-
uina: in qua fuit ab eterno puisus ille egres
sus. Quorum primum est hereticum: ⁊ vtrū
q̃ contra mentem prophete. Si namq; omnes
anime sint ab eterno sicut ipsi dicunt. Et si
omnes homines ab eterno in dei sint proui-
dentia sm̃ veritatem: quare singulariter di-
xit propheta de vno: q fuit omnibus commu
ne: ⁊ quare vnum extollit per hoc quod est
omnibus generale: sophisticus modus lo-
quendi esset quasi aliquo magno dicto vel- 17
le populum in admirationem ponere ⁊ dicere
egressus eius ⁊c̃. cum mirum non esset. Ad
idem Esa. xi. Egredietur virga de radice ies
se: ⁊ infra. Non sm̃ visionem oculorum iudi
cabit: neq; sm̃ auditum aurium redarguet.
Ergo oportet q sit deus: qui videat corda:
quia nullus purus homo corda intuet. Qui
vero corda non videt oportet q iudicet sm̃
visa vel audita. Ad idem ⁊ de aduentu eius
etiam in die palmarū in hierusalem Zacha.
ix. Exulta satis filia syon iubila filia hieru
salem. Ecce rex tuus venit tibi: iustus ⁊ sal-
uator: ipse pauper ⁊ ascendens super asinaꝫ
⁊ infra loquetur pacem in gentibus: et pote
stas eius a mari vsq; ad mare: quam mate-
riam exultationis haberet filia syon de rege
paupere super asinam: vel quomodo posset
talis saluare: nisi esset deitas infra huma
nitatē per quam ⁊ saluator sit: ⁊ a mari vsq;
ad mare dominium obtineat: ⁊ q oportet qd
eius dominiū ⁊ regnū ad deitatē referatur
patet expresse in ps̃. lxxj. Qui quasi eadem
verba de eo dicit: dominabitur inquit a ma-
ri vsq; ad mare: ⁊ adorabunt eum omnes re-
ges: omnes gentes seruient ei. Cum vero
solus deus sit adorandus adoratione la-
trie: oportet quod hoc intelligatur de deo et
hoc est quod ibidē sequit̄ ante solē permanet
nomen eius. ¶ Idem probatur per concessa

ab ipsis infidelibus: ipsi enim cōcedunt chri
stum bonū fuisse prophetā: sed non deum si
cut patet in alchorano lege: videlicet sarace
norū. Sed concedentes primū: vez q̄ fuit bo
nus homo vel propheta: concedere habēt q̄
fuit de⁹. probatio: q: ipsemet dicit se esse deū
Jo. viij. Ego inq̄t principiū qui ⁊ loquor vo
bis ⁊ anteq̄ Abrahā esset: ego sum q̄ autē di
xit se esse deum: ipsimet concedunt dicentes.
Jo. x. Non de bono opere lapidamus te: sed
de blasphemia: q: tu homo cum sis: teipsum
deum facis: ⁊ ꝓpter hanc causam ipsum oc=
ciderunt. Jo. xix. Nos inquiunt legē habem⁹:
⁊ sm legē nostram debet mori: q: filium dei
se fecit. Idē patet Mar. xiiij. vbi summo sa=
cerdoti querēti si esset christus filius dei be=
nedicti. Respondit ego sum: ꝓpter quā cau=
sam adiudicatus fuit morti: ⁊ non propter
alias accusationes: q: ⁊ de illis ibidē dicitur
q̄ non erant cōuenientia illorū testimonia.
¶ Ex idis sic arguitur: sic dicendo aut dixit
verum: aut dixit mendaciū. Sic primū detur
habeo ꝓpositū q̄ fuit de⁹. Si secundū conce
datur: ergo nec fuit bonus hō: nec ꝓpheta ve
rax: quia non est boni viri sed pessimi tā grā
de dicere mendaciū: quo quantum in eo fuit
populū induxit ad idolatriā: faciēdo ipsum
tanq̄ deū adorare: qui de⁹ non erat. Et prete
rea hoc concesso: concedere habent q̄ nunq̄
fecit miracula: q: per mendaces ⁊ superbos
talia non operatur de⁹: qui ergo concedunt
vel q̄ fuerit bon⁹ homo: vel q̄ fecerit miracu
la: necesse habēt concedere q̄ fuit de⁹. Satis
ergo probatū videtur q̄ messias. i. christ⁹ a
prophetis ꝑdictus sit deus ⁊ hō ventur⁹ ad=
huc q̄tū ad iudeorū falsam opinionē. Et q̄
ille sit christus a nobis accept⁹. Nota ad idē
19 A. xiij. 5. ¶ Secundo ostendere restat q̄ ille
messias de virgine nasci voluit. Esa. vij. vbi
ꝓpheta pro magno signo liberationis ꝓpli
dixit ad Achas regem ⁊ ad domū Dauid. Ec
ce virgo concipiet ⁊ pariet filiū: ⁊ vocabitur
eius emanuel. No. M. iij. 19. ⁊. T. iiij. 11. no=
tate verba que dicunt. Ecce virgo concipiet:
hoc intelligi non potest de vxore Achas: vel
Esaie: quia virgines nō erant. Et si virgines
ptunc erant: tamen virgines non parturie
bāt. Et preterea si propheta prius diceret pe
te tibi signum: ⁊ postmodum signum daret
q̄ nunc virgo postea corrupta conciperet et
Fabula. parerer sicut cetere faciūt mulieres: deriso=
rium signū esset: sicut fabule habent de quo
dam qui minabatur se montem vel leonem
producturum: ⁊ producit murem. Dicere etiā
q̄ messias de virgine non nasceretur: vnum de
duobus oportet intelligere: vel q̄ nō deceat
eum sic nasci: vel q̄ non possit. Primum da
ri non potest: quia decentius est de virgine
nasci: q̄ de corrupta: ⁊ specialiter apud eum
qui solus ⁊ singulariter venit: vt singulari=
ter ⁊ excellentiori modo populum suum li
beret q̄ quicunq̄ alius qui ante eum natus
fuit: vel postea nasciturus sit: decens et con=
gruum fuit vt speciali fulgeat conceptionis
natiuitatis modo ⁊ priuilegio. ¶ Nec modo
ille erat illi impossibilis: quia ostensum est
q̄ deus erat. Qui ergo concedunt q̄ fuit pos
sibile apud deum mundum de nihilo creare
Mare rubrum ⁊ iordanem in transitu illorū
diuidere: virgam aridam facere florere: de ce
lo populum suum manna cibare: rubum ar
dentem incorruptum conseruare. Quare in=
sensati miseri non concedūt q̄ de virgine na
sci potuit: quē sic nasciturum propheta gen
tis illius predixit: dicens. Ecce virgo conci
piet ⁊ pariet filiū ⁊c. Nono modo: cui nouita
ti Hiere. xxxj. testimonium perhibet dicens.
Creauit deus nouum super terram: femina
circundabit virum. Si iudeus dicat circūda
bit virum maritali affectu i brachijs suis vel
naturali modo concipiendo: hoc non est no=
uum: oportet ergo q̄ intelligatur de supna=
turali circundatione vteri: facta in conceptu
virginali. ¶ Tertio ostendere restat quomo
do prophetatum fuit q̄ venderetur Zacha.
xi. Et appenderunt inquit mercedem meam
triginta argenteis. De genere etiam passiōis
Esa. liij. Nam quasi totum capitulum illud
ita fuit de passione christi predictum ⁊ prescri
ptum: ac si propheta non futura sed preteri
ta ⁊ visa prescripsisset: ibi aperte ostendi=
tur q̄ propter peccata nostra passus est q̄
etiā gratis: quia ipse voluit: vt nostrū amo=
rem artius ad se inclinaret vt patet. E. vj. 11.
Et in ps̄. xxi. qui ait: foderunt manus meas
⁊ pedes meos: ⁊ dederunt in escam meā fel:
⁊ potauerunt me aceto. De negatione vero
quomodo iudei negauerunt Hiere. v. Nega
uerunt dominum ⁊ dixerunt non est ipse.
Quomodo autem morte sua viuos sanaret
Esa. liij. Cuius liuore sanati sumus. Quo=
modo postremo d̄ limbo mortuos educeret
Zacha. ix. Tu quoq̄ in sanguine testamenti
tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non
erat aqua. Ergo q̄tum ad hoc q̄ dicūt chri=
stum iudum venisse: ⁊ q̄tum ad scripturas
quas de eo male intelligunt: patet q̄ sunt re
probi circa fidē. ij. Thimo. iij.
¶ Qui ergo circa fidem modo predictorum
infidelium errare voluerunt: scripturas sa
ne intelligant: quibus innitentes: necesse est
credere que non videntur. Et hec est rōnabilis
necessitas

necessitas que nos cōpellere deberet: vt non
visa crederemus que ꝑuenit tam ex diuina
iusticia: q̄ ex humana cōsuetudine. Diuina
enim iusticia ad hoc nos compellit vt aīas
tam bonorum: q̄ malorū viuere credamus
post mortem corporis: quia multi peccato=
res ⁊ abundātes in seculo: totam vitam suā
quam pessimam habent in delitijs ducunt
inordinatis. Multi vero boni econuerso se ha
bent: negare ergo istos post hoc seculum pe
nas recipere vel gaudia: nullisq̄ predictorū
retributionem concedere est deū iniustū di=
cere ⁊ omnē diuinam circa nos negare pro=
uidentiam: hoc vero dicere: esset deum negare
qui enim dicit ipsum non esse iustum nec bo
num: dicit eum non esse. Sic enim dicit insi=
piens in corde suo: nō est deus. in Psal. viij.
Cū ergo deus iniustus esse non possit: opor
tet q̄ retribuat vnicuiq̄ sm opera sua. Quis
inequum iudicē vel dñm terrenū iustum vel
bonum vel sapientem diceret: qui suis nec
ꝓuideret: nec ipsos remuneraret: nec ipsos
affligētes puniret? Ex tali argumento ꝓbat
Damascenus lib. iij. mortuorū resurrectio=
nem: ex dei videlz bonitate ⁊ iusticia. Si in=
quit resurrectio nō est: neq̄ deus est: neq̄ ꝓ
uidentia est: sed omnia casu feruntur ⁊ agū
tur: vidimus em̄ plurimos iustos esurientes
⁊ iniuriam patiētes: peccatores autem inui
stos diuitias et voluptatē habētes. Si quis
hoc iniquā iusti iudicij vel sapientis proui
dentie opus suspicabatur: erit ergo resurre=
ctio. Justus em̄ deus his qui cōfidunt in eū
est mercedis retributor. ¶ Mircredum est er
go ab eis qui animas cum corpore mori pu
tant quia eas viuere nō vidēt: vtrum hec di
cant de aīabus proprijs: vel aliorū malorū
eis similium: aut de animabus bonorū? Si
primum vel secūdū dicetur: sic intelligatur
q̄ moriūtur morte pessima: id est pena eter=
na in qua semper viuent. iuxta illud Psal.
xlviij. Laborabit in eternū ⁊ viuet adhuc in
finē: bene dicunt ⁊ est concedendū. Si autem
sic intelligitur: q̄ simpliciter moriantur: ita
q̄ postmodū nec sint nec sentiāt: heresis est:
⁊ cōtra diuinam iusticiā: vt ostēsum est: ha=
bebūt ergo vitam aliam: de qua. D. 1. 8. Ter
tium vero dicere: est contra diuinā bonitatem
⁊ etiam iusticiā. Patet ergo q̄ ratio credere
necessitat ⁊ deitatem esse et aīas viuere post
mortem: que tamē oculis corporalibus non
vidētur. Et si nulla ad hoc probandum pro
pheta vel cuiuscūq̄ doctoris esset autoritas
a fortiori ergo ratione omnia alia credēda
sunt: vbi ratio ⁊ autoritas christi vel ꝓphe=
tarum vel apostolorū vel aliorū doctorum
simul concurrunt: sicut accidit Heb. xj. Sine
fide inquit impossibile est placere deo. Cre=
dere enim oportet accedētem ad deū: q: est:
ecce autoritas: quia necesse est credere. Ra=
tio vero istius necessitatis in residua sequi=
tur autoritatis parte: ⁊ inquirētibus remu
nerator existat. Secundo ad idem necessita=
mur ex quotidiana hominū cōsuetudine in
qua videmus q̄ cecus de via et sole et luna 23
et alijs que non videt: ductori credit viden=
ti: patri etiā et matri vel ipsis mortuis alijs
narrātibus quis noster fuerit pater vel ma
ter: credimus narrātibus etiā de antiquis regi=
bus: vel legentibus cronicas vel romancias
seu gesta de Karolo ⁊ Rolando ⁊ huiusmo=
di credimus que tamē nūq̄ vidimus. Ergo
a fortiori ratione nostro ductori christo cla
re videnti: ⁊ sacris scripturis ⁊ legentibus ⁊
predicātibus de deo ⁊ salutē animarū crede
re deberem⁹. Qui ergo de via celi et gaudijs
bonorum ⁊ penis malorū nō credit: stultior
est quocūq̄ ceco qui puero credit. Et qui nō
credit que in scripturis legūtur: quia ea nō
vidit: stultior est omni ocioso auditori pre=
dictorum gestorū. Sicut ergo in alijs credi
mus que audimus: ita rationale est ⁊ neces
sarium q̄ idē faciamus in his que ad fidē
pertinēt: quia specialiter consistūt in credē=
do audita: q: fides ex auditu. Rom. x. Audi
tus autē per verbū christi: in qua autorita=
te predictus modus includitur arguēdi: q:
si auditū prestamus ⁊ credimus vbi nō au=
ditur verbum christi sicut predictum est:
ergo a fortiori ratione vbi auditus est per
verbum christi debemus fidem habere. Et
si illa nec videmus: nec oīa ratione compre=
hendimus. Talis qui nō credit nisi que vi=
det et ratione comprehēdit: cōtra deum pec=
cat cui adequari vult in scientia cum primis
parētibus volētibus scire bonū ⁊ malum si=
cut patet. E. vj. 28. ¶ Qui etiam in aliquo
de articulis fidei dubitat: quia rationē eius
vel causam non cōprehendit omnes sanctos
quātū in eo est infatuat: et passiones illorū
euacuat: sicut patet. E. xj. 28. Talis insuper 14
errorem suum quotidie videre potest in his
que naturaliter contingūt circa eū: quorum
causam ⁊ rationē perfecte cōprehēdere non
pōt: ⁊ tamē credit q̄ causam habeat ⁊ ratio
nem: verbi gratia. Si a tali queratur que
sit causa terremotus vel rotūditatis grādi=
nis? forte respōdebit se nescire. Si vltra que
ratur: si credat q̄ causam habeat? dicet q̄
sic: ergo aliquid credit: cuius causam nō cō
prehendit nec rationē. quare ergo eādem nō
accōmodat credulitatem in articulis fidei:

vbi maior est credendi vtilitas: vt verbi gra
tia. Si queratur ab eo si bona sit fides eccle
sie credẽdo ꝙ baptism⁹ deleat peccata. Qđ
etiã christ⁹ in sacramẽto panis seipsum da
re debuit? Rñdebit infidelis ꝙ non. Si vltra
queratur: quare dicet ꝙ nõ est cõueniẽs nec ra
tionabile: si queratur quare non est rõnabile?
respõdit quia nullus intellect⁹ comprehẽdere
põt talium factoꝝ rõnem vel cãm. Et si nega
uerit ꝙ hec nõ est causa quare nõ est rõnabi
le: quia intellect⁹ hoc nõ comprehẽdit: ꝓbatio
ꝙ oportet eum hoc cõcedere. Et arguo sic: si
ratio sua vel intellectus rationẽ vel causam
cõprehẽderet omniũ predictoꝝ: ille qui hoc
intelligeret: cõcederet ꝙ oĩa essent rationa
bilia. Si ergo cõprehensio sit cã: quare cõce
dit oĩa esse rõnabilia: nõ cõprehẽsio est cau
sa quare negat illa sacramẽta ⁊ articulos fi
dei esse rationabiles: ꝑ argumentũ a cõtra
rio sensu: sic talis in talẽ incidit incõueniẽs:
vt cõcedat ⁊ credat multa que rõne cõprehẽ
dere nõ põt circa ista naturalia et exteriora
negocia ⁊ nõ credat ea que ad fidẽ pertinẽt:
quia ea ratione cõprehẽdere non põt. Consul
tius enim esset: ꝙ sicut in alijs respõdet ꝙ cre
dit ea causam et rationem habere: licet illã
nesciat. Ita etiã respõderet circa articulos
fidei: ⁊ diceret cũ illo. Math. ix. Credo dñe:
adiuua incredulitatẽ meã: ⁊ cum discipulis
Luce. xvij. Adauge nobis fidem.

Art. v. ¶ Et hoc est multũ petendũ propter magnã
vtilitatem que ex fide prouenit. Quia teste
25 christo Marci. ix. Omnia possibilia sunt cre
denti. In qua autoritate ostẽditur ꝙ maxi
ma sit virtus fidei ⁊ potestas: quã quidẽ po
testatem christus non solum verbis verita
tis: sed etiam multis claris patefecit mira
Exem. culis. Sicut patet primo ꝑ hoc qđ fidedigni
narrari solet: de quinq̃ christianis in carce
re cuiusdã magni saraceni detentis: qui nec
minis vel blandicijs a fide auelli poterant.
A quibus saracenus ille illo die quesiuit:
quid eos tã stabiles in ꝓposito suo faceret?
Ad illi responderũt: ꝙ tãta fuit virtus fidei
et potentia: ꝙ sicut magister christus testa
tur si quis illam haberet vt habere deberet:
montes per illam moueret. Quibus ille: est
vnus mons hic iuxta mihi tediosus: quem
si de loco illo transferre poteritis dabo vo
bis omnibus ad terras vestras redeundi li
bertatem. De quo negocio pro fidei virtute
ostendenda se in dei adiutorio et misericor
dia posuerũt breuiter dies assignabatur vt
rei exitus probaretur: ipsi ꝟo interim pecca
ta sua confitentes: orationibus insistebant:
die ꝟo assignata ipsis eductis et orantibus
multitudine saracenoꝝ super montem illũ
derisione posita: dicẽte. Equitabimus super
montẽ istũ quãdo in altũ portabitur: finali
ter mõs in mare portabatur: omnibus illis
derisoribus submersis: nec debet hoc esse in
credibile: qđ omnino cõsonum est sacre scri
pture. teste christo Math. xvij. Si habueri
tis fidem sicut granũ sinapis: diceretis huic
monti transi hinc: ⁊ trãsibit: ⁊ nihil impossi
bile erit vobis. Huic etiã cõcordat qđ scribit
beatus Gregorius. j. lib. dyalogoꝝ de Nõ- Ex.
noso viro dei: quomodo saxũ corã se nocitũ
amouit. Et non solum montes: sed etiã bru
ta fidei obediunt virtuti: sicut patet ibidem
de quodã hortulano: qui serpẽti precepit vt
ipsum sequeretur: ⁊ cum fecisset: precepit in
nomine christi ꝙ aditum per quẽ fur intra
re solebat ⁊ olera sua auferre: custodiret: pro
tinus serpens se totũ in itinere in trãsitum
tetendit. Ad cellam monachus rediit. Cumq̃
meridiano tempore cuncti fratres quiesce
rent: more solito fur aduenit: ascẽditq̃ sepem
⁊ dum in hortũ pedem deponeret: vidit subi
to quia tensus serpẽs clausisset viam et tre
mefactus: post semetipsum concidit: eiusq̃
pes per calciamentum in sude sepis inhesit
Sicq̃ dum hortulanus rediret: deorsum ca
pite pependit: ⁊ qđ mirũ si per fidẽ vincant
bestias: qui per fidẽ vicerũt regna. Heb. xi.
¶ Sed ad hoc ꝙ fides sit tam valida tamq̃
possessori suo vtilis: requiritur ꝙ promissa Ar.
teneantur que in fidei susceptione in ba
ptismo scꝫ ꝓmisimus: ita videlꝫ ꝙ significa
ta per opera que circa baptizandum fiunt:
impleãtur: inungitur oleo in pectore: in signũ 15
ꝙ fidelis misericordiam ⁊ amorem legis di
uine in corde seruabit: ⁊ firmiter deo acquie
scet. Sapiẽ. iij. Fideles in dilectione acquie
scent ei. Sed heu multis põt dici illud psal.
lxxvij. Cor autem eoꝝ non erat rectum cum
eo: nec fideles habiti sunt in testamẽto eius
Ut ergo scias vtrum cor tuum sit plenum fi
de aut non: videas opera tua: quia si fons
sit: riuulus ostendit: ita si in corde sit fons
fidei: oportet ꝙ riuulus currat: sic videlꝫ ꝙ
fides ⁊ amor in ore ostendantur. iuxta illud
psal. cxv. Credidi propter quod locutus.
Ecce quomodo riuulus locutionis de cor
dis gradietur credulitate. ij. Corinth. iiij.
Credimus propter quod et loquamur pre
dicando arguendo docendo sapiẽtiam diui
nam ostendẽdo. In signum cuius os bapti
zati sale linitur: qđ quidem sal sapientiam
significat: non terrenam animalem diaboli 17
cam: sed illam que de celo est ⁊ ad celũ possi
bilitatem perducit: prima seducit: sicut pa

tet in omnibus qui confidunt in sensu et sa
pientia sua. Aliquãdo nãq̃ visum est ꝙ illi
qui apud mũdum sapientissimi reputãtur:
turpissime decipiũtur: ⁊ illorũ sapientia in
magnã eis stulticiã vertitur. Ita ꝙ talium sa
piẽtia nõ solũ apud deũ sꝫ etiã apud mũdũ
stulticia esse ostẽditur: verbi gratia tam de
mediocribus: ꝙ̃ de valde potentib⁹. Medio
cres quidem diuitias falsitatib⁹ vel ponamus
fideliter cum magna parcitate: quia parce
viuendo congregãt diuitias vt prosperam
ducant vitam. Confidũtq̃ in eis vt per eas
ascendãt ad magnũ statum vel saltem vt ab
infortunijs per illas preseruentur. Et subi
to propter illas oibus bonis spoliãtur: ⁊ vi
ta quãdoq̃ priuantur: de valde etiã potẽti
bus visum est ꝙ multas acquisierũt terras
⁊ dominia: fortia edificauerũt castra in qui
bus magnum congregauerũt thesaurũ: in
quibus intantũ cõfidũt ꝙ nõ curãt magnã
habere retinentiã vel magna roborare largi
tate quia estimant se in suis necessitatibus
insurgentibus in suis castris in thesauris
magnã habere securitatẽ ad conducendum
tot stipendiarios: ꝙ nullus eis audeat re
bellare. Unde alicui tali nuper imponeba
tur: ꝙ dixit se milites copiosos in suis habe
re scrinijs. Et tamen visum est ꝙ tam primi
ꝙ̃ secundi qui confidunt in virtute sua: ⁊ in
multitudine diuitiarũ suarum gloriantur.
In psal. xlviij. Turpissime ceciderũt: et illis
quib⁹ ascẽdere plus crediderũt plus depri
mebantur: quia inimicos per taliũ acquisitio
nem cõtra eos exasperant vt de illis verifice
tur illud Prouerb. xi. Qui confidunt in diui
15 tijs suis corruẽt: sicut patet. D. xi. 7. Nota
M. xij. 10. 7. D. j. 22. ¶ Illis ꝟo mortuis et
in sapientia sua deficiẽtibus. Alij in locum
illorum succedentes: videntesq̃ ꝙ illi in vno
puncto defecerunt: in hoc videlꝫ ꝙ fuerũt ni
mis cupidi in acquirendo: et in tenendo ni
mis tenaces: cogitãt ꝙ sapiẽtius agere vo
lunt: ꝙ cõtra defectũ illũ largitatis oppo
nant remediũ: vñ multa expẽdũt: magnãq̃
ducunt familiã: in quibus non confidũt: ni
mis alios offendere timent: pessimãq̃ ducũt
vitam: ⁊ ideo finaliter cadunt sicut ⁊ primi.
Causa autem ruine omniũ predictorũ est:
quia non confidunt in dño: nec in bona vita
nec in sapiẽtia vera: sed in sapientia ꝓpria:
cui innitentes decipiuntur per falsitatem et
fallaciam cause vt non cause: quia secundi re
putant causam ruine primorũ esse nimiam
parcitatẽ. Primi ꝟo estimant secundos cũ
ad necessitatem venerint: cum inimici cõtra
illos insurgere ceperint: infelices; quia the
saurum non habebunt vnde et dicunt: quo
modo se tunc iuuabit qui thesaurum nõ ha
bebit? Sed vterq̃ in iudicio de alieno defe
ctu deficit: et ideo in seipso medicinã ad pla
gam non apponit et per consequens non sa
nantur: sed moriuntur. Si primi cogitarẽt
ꝙ defectus in secũdis est: quia deum dereliu
quunt et peccatis seruiunt. Et ita econuerso
secundi cogitarẽt de primis: ⁊ omnes alij tã
de primis ꝙ̃ secũdis vt per eos essent premu
niti ⁊ contra illos defectus remedia excogi
tarent: et ad illas plagas medicinas appo
nerent vt fides vestra non sit in sapiẽtia hu
mana. j. Cor. ij. Sed in dño confiderent: do
minũ illoꝝ ⁊ potestas esset durabilis: quia q̃
cõfidũt in dño sicut mõs syon: non cõmoue
bitur: quia sunt sicut dicitur Heb. xij. Aspicien
tes in auctorem fidei ⁊ cõsummatorẽ iesum 19
¶ Iterum quia parum est fidem habere in
corde ⁊ ore nisi etiam ostẽdatur opere. Ter
tio necesse est ꝙ fons fidei ad manus etiam
diriuetur: in cuius signũ baptizato candela
accensa in manibus traditur: quia sicut di
citur Eccli. xxxij. Qui credunt deo: attendũt
mandatis eius: vt scilꝫ opere compleantur:
quia Jaco. ij. dicitur. ꝙ fides si non habeat
opera mortua est. ¶ Iterum caput baptiza
to cum veste candida ligatur. In signum ꝙ
per sacramẽtũ susceptionem ⁊ per promissio
nem de fide corde et ore et opere tenenda est
ad pristinam quã in primo perdidit paren
te restituitur innocentiã fide purificãs cor
da: siquidem per misericordiã et fidẽ purgã
tur peccata. Prouerb. xv. Iungitur etiam
inter scapulas: in signum humilis subiectio
nis iugo fidei et fortis: vsq̃ fidei succedat
beata visio in patria: in cuius perseueran
tie signum quãdo panniculus ille albus ca
piti applicatur dicitur. Accipe vestem candi
dam et immaculatam: quam perferas ante
tribunal dñi nostri iesu christi: quia fidem
et innocentiã quam ibi recipit: tenetur vsq̃
ad mortem seruare: vel saltem amissam re
cuperare: si vult saluari: etiam si durissi
mam propter illam eum sustinere oporteat
passionem: quia teste aplo Philippen. j. Uobis
donatũ est ꝓ christo nõ solũ vt in eo creda
tis: sed etiã vt patiamini ꝓ illo. Ad hoc etiã
nos hortatur Eccl. xxij. In tẽpore inquit tri
bulationis permane illi fidelis: vt in heredi
tate illi⁹ coheres sis. Exemplo Abrae. j. Ma
chab. Qui in tẽtatione inuẽtus est fidelis
sicut nõ deficiat fides tua. Luce. xxij. Noli esse
de numero illorum qui in fidei susceptione
abrenũciauit diabolo ⁊ oibus põpis eius.
Et dum paruuli sunt ad tempus credunt:

ꝛ tẽpoꝛe tẽtationis recedũt. Luce.viij. Qui
sicut dicit.j.Thimo.v. Primã fidẽ irritã fe-
cerũt: sicut patet. J.ix.48. Sed de illoꝝ qui-
bus coꝛde ꝛ oꝛe ꝛ opere ꝛ perseuerantia vna
est fides: vnum baptisma. Ephe.iiij.
Ar.vij. ¶ Que cum predictis conditionibus funda
mentum causa ꝛ principium est omniũ bo-
noꝛum operum: et totius spũalis structu-
30 re: ꝛ omnium maloꝛũ tam culpe q̃ pene de-
fensio. Primũ patet per Augustinũ de verbis
dñi. Fides inquit cecos illuminat: infirmos
curat: fideles iustificat: penitentes reparat:
iustos augmentat: martyres coꝛonat: virgi
nes viduas ꝛ coniugales casto pudoꝛe con-
seruat: clericos oꝛdinat: sacerdotes cõsecrat
Idem super Joannẽ. sicut inquit in radice
arboꝛis nulla proꝛsus apparet pulchritudi
nis species. Et tamen quicquid est in arbo-
re pulchritudinis vel decoꝛis ex illa proce-
dit. Sic ex fidei humilitate quicquid meriti
quicquid beatitudinis anima susceptura
est ex fidei fundamento procedit. Secũdum
quoq̃ quomodo videlz est protectio contra
omnia mala: patet ex trib⁹. Primo: quia in
pugna nos animat ꝛ hostes terret: sicut con
fidẽtia in pbitate ducis exercitus.j. Pet.v.
Aduersarius vester diabolus tanq̃ leo ru-
giens querit quẽ deuoꝛet: cui resistite foꝛtes
in fide. Sic resistite diabolo: et fugiet a vo-
bis: quia hec est victoꝛia que vincit mundũ:
fides vestra.j. Joan.vj. Secũdo: q2 ab icti-
bus ꝛ plagis spiritualibus nos custodit: si
cut scutum militẽ in bello coꝛpoꝛali. Sicut
ergo bello imminẽte milites scuta accipiũt:
ita simus nos in omnibus sumentes scutũ
fidei. Ephe.vj. In deum foꝛtiter credendo.
¶ In quo scuto vnũ coꝛnu est potentia que
appropꝛiatur patri: quo nostra infirmitas
seu fragilitas roboꝛatur: verbi gratia. Si
dicatur alicui abstine a delectationibus il-
licitis vel ieiuna ꝛ huiusmodi: respondebit
foꝛsitan: ita fragilis et debilis sum: q̃ nõ au
31 deo ista pmittere: sed si radix inuestigetur
istius ficte fragilitatis inuenietur q̃ sit de-
fectus fidei: quia si haberet rectã ꝛ firmã fi-
dem in dei potentia: q̃ si coꝛpus in abstinen
tia ꝛ laboꝛibus spiritualibus consumptum
in melius refoꝛmaret: minus timeret illud
in dei seruitio amittere. Sicut armiger mi-
nus timet equũ perdere in seruitio dñi sui
qui equum sibi dabit melioꝛem. ¶ Secũdũ
coꝛnu seu angulus est sapientia que appro-
pꝛiatur filio quo nostra ignoꝛãtia illustra-
tur: ante aduentũ nãq̃ et illustrationem fi-
lij dei mundus sedebat in tenebris ignoꝛan
tie: hic ergo venit illuminare his qui in tene
bris et in vmbra moꝛtis sedent: sicut patet
A.xiij.11. Ad dirigendos pedes nostros in
viam pacis: partim amoꝛe gaudia ostẽden-
do bonoꝛum: vt amoꝛ illoꝛũ nos attrahere
sicut amoꝛ lucri laboꝛantem partim timoꝛe
ostendendo penas maloꝛum: que videntes
mala committere: timeamus: sicut tẽtatus
de furto: videns patibulum. Sic ergo hec
sapientia venit illustrare lumẽ fidei nostri
ignoꝛãtiam: sicut patet supꝛa.e.c.8. In quo
lumine videre possumus oꝛtum et occiden-
tem: id est de quo sumus tam boni q̃ mali:
et ad qḋ tẽdimus: ne per ignoꝛantiam excu-
sationem queramus. Credentibus ergo est
nubes lucida et per hoc mundi desertũ nos
ducens. Non credẽtibus ꝟo egyptijs est nu-
bes tenebꝛosa ꝛ lapis offensionis. ¶ Terti
coꝛnu seu angulus est clemẽtia seu bonitas
que appropꝛiatur spirituisancto: quo no-
stra malicia refrenatur: habentes enim spiri-
tumsanctũ: crudeles non sunt: nec malicio-
si: hoc ergo experimẽto cognoscere põt quis
si spiritumsanctum habeat aut non. Sic ergo
tripliciter scuto scilz fidei circũdabit te veri
tas eius in Psal.xci. Roboꝛando illustrãdo
refrenando. Sequitur. Non timebis illud
scilz scutum firmiter tenens: illoꝝ custodi-
tus. Nota. A.xxiiij.5. ¶ Tertio: quia posito
q̃ in aliquo erratum sit: fides iuuat ad recõ
ciliationem: sicut dñs videns fidelitatem fi-
dei sui: facilius culpam remittit. Matth.ix.
Cum vidisset iesus fidem illoꝛum ait para-
litico. Remittuntur tibi peccata: pꝛedicta er-
go pericula per fidem euadentibus dici pot
illud Ephe.ij. Gratia saluati estis per fidẽ.
¶ Hostis ꝟo antiquus modum habens la-
tronum hanc vidẽs fidei efficaciam: eã mul
tum extinguere nititur: sicut patet. A.xxvj.
10. In hoc etiam coꝛuus ille inferni modum
habet coꝛuoꝛũ: qui aliis moꝛturũ inuaden-
tes: pꝛimo oculos eruunt. Modũ etiam in
hoc sequitur pugilis: qui focum sub se ha-
bens: oculos eius eruere nititur: quo facto
licet statim non occidatur sed foꝛte surgere
se defendere nitatur: inanis erit defensio.
Sic diabolus nititur extinguere oculos la
coꝛum extrinsecos scilz clericos: sicut patet
O.vj.64. Cum sequẽti. Et oculos omnium
intrinsecos: id est fidẽ: quib⁹ extinctis absq̃
timoꝛe peccant filij hominum: ꝛ velatis ocu
lis moꝛe illoꝛũ qui suspendũtur ad patibu-
lum ducũtur inferni. Tales ad modum ceci
equi qui in omni puteo cadit: ꝛ ad omnia la
pidem cespitat: in omne cadũt peccatum mo
nec finaliter in puteũ cadant inferni. Et licet
istam fidem semper multũ extinguere nita-
tur. Ad hoc tamen in moꝛtis articulo mari-
me anhelat: ne pꝛedam tunc pꝛo semp amit-
tat: in illo ꝟo tentationis impulsu qui est si
cut arboꝛ non bene radicata: que ad validũ
ventoꝛum impulsum pꝛosternitur cadet: q2
nõ est firmus in radice fidei: et bonoꝛũ ope-
Arti.i. ¶ Quantū ad primū est sciendū: ꝙ duplici hominis nature congrue duplex correspondet fortitudo: per quam suum finem consequi ⁊ aduersa propellere possit. Sed spiritualis porior est: quia nature meliori congruit sed ambe simul preualent: vna vero scilicet corporalis: sine alia obest possessori suo: ⁊ potius infirmitas est dicenda: de qua beatus Gregorius li. vij. moral. reproborū fortitudo est transitoria sine cessatione diligere contra flagella conditoris insensibiliter perdurare: ab amore rerum temporalium nec ex aduersitate quiescere ad inanē gloriam etiam cum vite detrimento pertenire: malicie augmenta exquirere bonorū vitam non solū verbis ⁊ moribus: sed etiā gladijs impugnare in semetipsis spē ponere iniquitatem quotidie sine vllo desiderij defectu perpetrare. Quis non diceret illum debilē ⁊ infirmū: qui omniū ventorū impulsu caderet: multo infirmior est ⁊ debilior: q̄ vt predictū est omni tentationis tactu de vita recta ꝓpellitur: ⁊ omni vento portaꝫ ad modū fauille Esa. i. Fortitudo nostra tāq̄ fauilla ponantur ante mentis oculos duo: quorū vnus est fortis spiritu: alius vo dicitꝫ fortis corpore: primus cū illa fortitudine operari pōt q̄ habent causam effectiuā: que scꝫ de se bona sunt sicut ieiunare: orare: elemosynas facere: ⁊ huiusmodi. Et alia multo fortius aggreditur q̄ illi qui sunt corpore fortissimi: quia illi non sunt potentes nisi in his que habēt causam defectiuam: scilicet in vicijs: vt patet per verba predicta beati Grego. Hoc etiam quotidiana docet experientia: qua videmus quod fortitudo spiritualis facit vnam vetulā corpore debilem promptiorem esse ⁊ fortiorem ad opera spiritualia: q̄ sit fortior homo patrie: qui est corpore fortis ⁊ spiritu debilis: quales vt cōmuniter in agressu bonorum operum sunt timidi. Cum ergo fortitudo potius dicenda sit in his que habent causam effectiuam: q̄ in his que habent causam defectiuā: cū etiā fortis potius dici valeat qui aduersarium suū vincit q̄ qui ab eo vincitur: patet quod debilior homo patrie si sit fortis contra diabolum: fortior reputatur in curia dei: q̄ fortior gigas regni in fine nulla erit inter eas comparatio quia fortitudo eorū dissimilis Hiere. xxiij. Nota. W. xf. 44

Ar.ij. ¶ In edificio vero spirituali: fortitudo fidei fundamentū est quia totū edificiū fundat: portat ⁊ fortificat contra tentationes: sicut bonū fundamentū: domum contra ventum Hebre. xi. Fortes facti sunt in fide: fundamentum aliud nemo potest ponere. i. Cor. iij. q: sine fide impossibile est placere deo Ad Hebre. xi. Spes edificiū erigit Esa. xl. Qui sperant in domino: mutabunt fortitudinē: quia de fortitudine ista inferiori ⁊ tēporali ascendent ad eternā. Spes etiā fortiter facit operari: sicut spes magni lucri terreni. Charitas vero qui omnes recipit edificiū illud laqum facit ⁊ durabile: quia fortis vt mors dilectio Cañ. viij. Iusticia illud iam erectum ⁊ dilatatum in recto statu conseruat: sicut rectitudo columnarum domū supportat: ⁊ a casu preseruat Prouerb. xv. domus iusti plurima fortitudo. Abstinentia ⁊ castitas in isto edificio fortissimi ianitores vel fortissimi muri sunt: quia omnia immūda ⁊ oēs immūdos: a corde ⁊ corpore excludunt Prouerb. vlti. Accinxit fortitudine lūbos suos perseuerantie fortitudo omnia predicta conseruat ⁊ ad bonū finē perducit quia illa est leo: de quo Prouer. xxx. Leo fortissim⁹ bestiarū: ad nullius pauebit occursum. Illā vero fortitudinē spiritualē seu illud edificiū spirituale tā fortiter edificatū in quo oēs predicte includuntur fortitudines: describit beatus Grego. vij. moral. Iustorū inquit fortitudo est carnē vincere proprijs voluntatibus contraire: delectationē vite presentis extinguere huius mūdi aspera p eternis premijs amare prosperitatis blandimenta cōtēnere: aduersitatis metum corde superare.

¶ Hanc autē fortitudinē duo suadent. Nobilitas prolis: q: sicut ex corporali fortitudine nascunꝫ superbie: pugne: homicidia ⁊ huiusmodi: proles nobilissima: ab ipso generata: q̄ dabit virtutē ⁊ fortitudinem plebi sue. In ps. lxvij. Scdo: fecūditas mercedis: si milites mūdi multa fortiter aggrediunꝫ spe ⁊ vane glorie vel mercedis tpalis. A fortiori rōne milites dei deberent fortiter aggredi dignos fructus penitentie in seipsis: ⁊ ꝓximorum cooperari salutu spe vere glorie et mercedis eterne: in qua pro fortitudine hic exacta: semper erit fortitudo ⁊ decor in ito dumentum eius Prouer. xxxj. illa scilicet de quo in ps. xxvij. dñs fortitudo plebis.

Fraternitatis. Primo ostendenda est distinctio et adinuicem comparatio. Secundo: que ad veram fraternitatē requiruntur. Tertio: quis vere fraternitatis effectus.

Ar.i. ¶ Ratione primi est sciendū: ꝙ fraternitas duplex est. Carnalis videlicet inter illos qui eiusdē sunt originis ⁊ nature: sicut illi. Geñ. xlij. fratres sum⁹ vno patre geniti. Alia spiritualis que est inter illos qui spūaliter se diligunt ⁊ mutuo se iuuant: q̄lio christus discipulos suos fratres vocauit. Io. xx. vade inquit ad fratres meos ⁊c. Scda est melior e fortior ⁊ purior ꝓpter tria. Primo: q: fundatur super fortiori ⁊ meliori fundamento scilicet super charitate: de qua Ro. xij. Charitatē fraternitatis inuicē diligētes: quāto charitas melior ⁊ preciosior est q̄ caro tāto melior est fraternitas charitatis q̄ carnis. Secūdo purior ⁊ melior est: q: nullū malū secū patitur: nec malo admisceꝫ. Carnalis enim fraternitas quādoq; lites ⁊ contentiones secū patitur: q: quādoq; fratres carnales talia inter se mala habēt: sicut patuit de primis fratribus Abel videlicet ⁊ Cayn: de quibus Sapien. x. per iram homicidij fraternitas deperijt. In spirituali vero nihil tale inueniūt: nisi solū in amore fraternitatis charitatē. ij. Pet. j. Tertio: q: actum habet nobiliorem. Actus fraternitatis carnalis vt communiter est plus diligere carnem: ⁊ minus spiritū: sicut patet. F. v. 9. In fraternitate vero spirituali: ecōuerso est: si precipue cōpetit illud prima Pe. ij. fraternitatē diligite

Ar.ij. ¶ Et licet in vtraq;: in secūda tñ precipue frater fratri ad tria obligaꝫ ⁊ tenetur beneficia cōtra tres ingratitudines que frequenter in carnali inueniūtur. Inter fratres namq; carnales: ⁊ inter illos qui de iure amici esse deberent: quandoq; triplex mala inuenitur cōdicio ⁊ ingratitudo. Prima est mala: quādo non vult bonum pro bono in opere reddere nec benefacere suo benefactori. ¶ Secunda est peior: qñ nō vult benefacere: nec bene loq̄ de illo. ¶ Tertia est pessima: qñ nec opinaꝫ nec loquiꝫ: nec bñ de illo cogitat: sed vel totaliter eum obliuioni tradit: vel malum de illo cogitat: de tali fraternitate Mic. vij. vir fratrē suum venatur ad mortē. Et Hiere. ix. vir fratrē suū deridebit: ⁊ veritatē nō loquetur. Ideo in omni fratre suo nō habeat fiduciam. Contra has vero tres ingratitudines in fraternitate ingrata. In fraternitate spirituali tres inueniuntur gratitudines: vna in opere: cōtra primam. Secūda in ore. Tertia in corde: cōtra secundam ⁊ tertiam. Quātum vero ad actum vel opus vera fraternitas tria requirit cōtra tria mala que in alia inueniuntur in anima: in opere nō ostendiꝫ pax: q: teste Paulo. i. Cor. vj. frater cū fratre in iudicio contendit: in ista vero vnus cū altero pacifice viuit sicut membrum cū membro: sicut ergo medicus qui vult ꝙ patiens diu viuat: nititur inter humores pacē facere: ⁊ edificator qui vult ꝙ domus debita cōpositione preseruet a ruina ligna ⁊ lapides artificialiter cōcordare conaꝫ: ita quilibet in fraternitate spirituali: dicēs illud Geñ. xiij. ne quesο iurgium sit inter te ⁊ me: fratres sumus. In ficta vero fraternitate secundū malum est: ꝙ vnus alteri nō subuenit: sed diuitem fratrem vel parentē honorat: ⁊ de cogloriantes loquiꝫ ⁊ audit: sicut mula que cōputando ⁊ narrando de parentela sua: semper dextrariū patrem ⁊ nunq̄ asinam matrem nominauit: sed potius cōtempsit: ita in proposito auunculū vel parentem potentem nominant: pauperem vero patrem vel fratrem erubescūt ⁊ contemnunt Prouer. xix. fratres hoīs pauperis oderūt eum: quo contra: boni fratres mutuo se iuuant in hijs in quib⁹ possunt: sicut pater. C. xlj. 9. de quibus sigillatim verificaꝫ illud. i. Mach. iij. Et adiurabunt eū omnes fratres eius. Tertium vero malum est in ficta ⁊ falsa amicitia seu fraternitate: ꝙ vnus pro alio tribulationem gratis non suffert: sed socij cōsolationis libenter esse volunt sed nō tribulationis vellēt libēter esse: fratres christi ex parte deitatis: qua semper fruebatur ⁊ gaudebat: sed nō ex parte matris. i. carnis seu nature terrene: in qua dura sustinuit et patiebatur: sicut pater de fratribus Ioseph: sed non sic in vera fraternitate: in qua vnus pro alio dura sustinet verba ⁊ dura quandoq; verbera: nec tamen cedit: sed defendit verba defensiua contra detractoria opponens ⁊ vim vi repellēs. Hec enim tria veram ostendant fraternita-

tem:dare scilicet ꝛ facere:ꝛ pati: sicut patet. A.xx.7. In signum cuius quando quis cuiuscūq; fratris vel amici alioꝝ cordibus memoriā vult firmam infigere: hec tria recitat quomō scilꝫ multa dedit non spe retributionis terrene:qꝛ talib⁹ dedit qui terrena retribuere nō possunt:sed spe retributionis eterne quomō etiā multa fecit negocia expediēdo:bona ꝓcurādo:quomō etiā multa sustinuit obloquia ꝛ improperia: que oīa quādā affectionis cōstantia quā a iuuētute a ꝓgenitoribus traxit:vicit. Et in his perseuerādo verū ostēdit fraternitatis affectū:qꝛ frater in angustijs probatur. Prouerbio.xvij.

4 ¶ Secūdo q̄tum ad actū oris vera fraternitas tria bona requirit cōtra mala que sunt in ficta fraternitate:in qua vnus alteri defectū nō ostēdit quo cōtra in vera fraternitate:sapiēs docet ignorantē: sicut sol lunā illuminat:ꝛ vigil excitat dormientē ꝛ torpentem. Et nomē dei narrat nesciēti: dicēs illud psal.xxj. Narrabo nomē tuū fratrib⁹ meis. Scdā in falsa vnus alium nunus sciolū vel sapientē vel diuitē despicit:de quo deus eos reprehēdit Malach.ij.dicēs. Nunquid non vnus deus creauit vos:quare ergo despicit vnusquisq; fratrē suū:sed in vera fraternitate ecōuerso illud implent christi preceptum Luce.xxij. Et tu aliquādo cōuersus: confirma fratres tuos. Tertio in falsa fraternitate plures alios ex odio q̄ ex charitate corripiunt:paruum in eis defectum multum pōderantes: trabem ꝓo odij in corde proprio non videntes. de quibus Luce.vj. Quid vides festucam in oculo fratris tui: ꝛ trabem in oculo tuo nō vides:quo cōtra vera fraternitas dn̄icum implet preceptū. Leui.xix. Ne inquit oderis fratrē tuum in corde tuo: sed publice argue eū:supple sine odio: sicut manus pedē lauat et sine odio tergit: sic si peccauerit in te frater tuus: corrige eū. Math.

5 xviij. ¶ Tertio q̄tum ad actum cordis vera fraternitas tria requirit:cōtra tria mala in falsa amicitia seu ficta fraternitate inuenta:in qua vnus alteri iniuriam nō remittit: nec societatē eius diligit: vel prospera ei nō appetit:vel de prosperitate eius gaudet:sed dolet:sicut patet de fratribus Ioseph. Geñ. xxxvij. Inuidebant ei inquit fratres eius. ꝛ Geñ.xxvij. Oderat semper esau Iacob. Ezechiel.xxxvij. Gladius vniuscuiusq; in fratrē suū dirigetur:quo cōtra in vera fraternitate:Iesus primo iniuriam remittit:sicut Stephanus lapidātibus:dominicū implēs preceptū Math.v. Si offers munus tuū ante altare et ibi recordat⁹ fueris ꝙ frater tuus aliquid habet ꝛc. Et hoc quidē faciendū est non solū semel sed totiens quotiēs Math. xviij. Dn̄e quotiens peccabit in me frater meus ꝛc.ꝛ dixit ei ꝛc. Secundo non solū remittunt:sed diligūt:dilectionē in opere ostendendo:quia aliter nō diligit. j.Ioan.iiij. Si quis dixerit qꝛ diligo deum ꝛ fratrem suum odit:mendax est. Tertio de alterna gaudēt felicitate:sigillatim dicentes illud Eccl.xxv. In tribus placitū est spiritui meo:que sunt probata coram deo ꝛ hominibus:concordia fratrum:amor proximorū: ꝛ vir ꝛ mulier sibi consentientes:de hijs tribus vere fraternitatis actibus scilicet operis:oris ꝛ cordis simul. Rabanus super vltimum capitulum Math. vera inquit fraternitas: fratrem veneratur:deuotum corripit:dissoluto presenti obsequitur:absentem non roditi:sano applaudit:infirmum non deserit:placatū non prouocat:iratum vt maiorem metuit. Illa vero fraternitas in quibus hec tria inueniūtur:est ciuitas firma: de qua Prouer.xviij. frater qui iuuatur a fratre:quasi ciuitas firma. Nota. C.xij.8. in cui⁹ veritatis ostensionem:ꝛ firmitatis signum religiosi ad fraternitatem suam amicos recipientes:vt fictionem predictam excludant operis: ꝛ fraternitatem in actu ostendant. Sic eos recipiunt 6
vt omnia bona opera sicut predicationum: vigiliarum:laborum:suffragiorum: ceterorumq; bonorum sicut frater percipiet:in vita pariter ꝛ in morte. Secundo fictionem excludunt oris:eos ad omnia que per os fiūt beneficia orando:cantando:missas celebrādo recipiunt. Tertio cōtra fictionem cordis vt de corde etiam veram ostendant fraternitatem eis specialem concedunt participationem omnium meditationū ꝛ bonorum studiorum:frater qui sic iuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Talibus nāq; dicitur Ephe. vj. pax fratribus ꝛ charitas cum fide.

¶ Talis vero fraternitatis magna est vtilitas ꝛ effectus bonus:tam ex parte recipientium q̄ receptorum. Primum patet qꝛ sicut totum genus humanum honoratum ꝛ ditatum fuit ex hoc ꝙ de⁹ fraternitatem nostrā accepit primogenitus in multis fratribus Roꝫ.viij. Sicut etiam domus Zacharie et Elizabeth honorata fuit ex hoc ꝙ Maria illam intrauit:ita quodammodo ex paterna ꝛ fraterna affectione:quam nobiles ostendere solebant religiosis:monasteria illoꝝ ditabantur:ꝛ ex illorum aduentu ad eos ꝛ ex bonarū personarū fraternitate solebant hononorari:dicentes caro nostra ꝛ frater noster est Geñ.xxxvij.ꝛ illud Deutro.xxij. Ipse est

pater tuus: ꝛ illud.iij. Re.iij. hec est mater eius:ꝛ illud Math.xx. accessit mater filiorū ꝛ illud Lu.j. vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me:de qua spirituali pater=
8 nitate vel maternitate possunt dici que predicta sunt de fraternitate. Secūdum etiam patet:quia sicut domus que forte in se est debilis: per alias quibus copulatur supportatur:sicut patet. C.iiij.8.ꝛ arbor appodiamentis fulcitur: ita qui bonis fraternitate ꝛ amicitia copulatꝰ:ꝛ si quis potentē offenderit:vel arduam causam coram iudice expedire haberet:tales quereret secum adducere per quos citius reconciliari ꝛ expediri posset:talium societas esset ei vtilis sicut etiam homini volenti in extranea patria ad domū ignotam declinare: vtiliter bene notum in curia illa secum ducit:ita in nocte mortis ad domum dei:dicentis illud Geñ.xliij. Non videbitis faciem meam:nisi fratrem vestrum minimum duxeritis vobiscum: sicut etiam vtile est in causa litigosa sapientibus: et in stante bello militibus bonis cōfederari: ita in proposito:exemplo illorum qui dicunt.j. Mach.xij. maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem. Nota. A.xxj.14.

F.xij. **Furti diuitis ꝛ pauperis.** Primo faciēda ē adinuicē cōparatio. Scdo falsa excusatio. Tertiū periculū ondit vtriusq;.
¶ Quātū ad primū:cū furtū sit
Ar.j. aliene rei illicita cōtrectatio vel vsurpatio: sicut patet j decreto.xxxij.q.iiij. meretrices.
1 ꝛ omnis.ꝛ ff. de furtis.l.j. patet.j. i digesto no.li.ar.ꝙ tam diuites q̄ pauperes rē alienam seu vsum rei habentes inuito domino: furtum committunt:diuites tamen grauius qꝛ rapina peior est furto:sicut patebit infra C. de rapina. Et periculosius: qꝛ hic minus puniuntur pauperes timide furtum cōmittunt:in quo si capiantur:incarcerantur ꝛ puniuntur:diuites vero aliena aperte expendunt nihil pro eis soluentes:ꝛ tamē multe in hac vita transeunt:ꝛ tamē melius esset ꝙ in manus hoīm caderent q̄ in man⁹ dei:ꝛ ꝙ temporalem sustinerent verecundiam ꝛ penam:
Exē. q̄ eternam:nisi hoc melius esset:sanctus patricius non rogasset deum:ꝙ ouis furata in ventre eius balatum faceret:qui illā a quodam subdito suo furtiue accepit:cum ouem ad instantiam illius qui eā perdiderat quereret vt de eo scribitur: et nullus responderet: oratione facta:ouis de ventre furis clamauit. Si nunc oues ꝛ boues ꝛ galline ꝛ capones: omnia animalia que diuites comedunt et non soluunt: de quibus dictum est. B.ij.24.ꝛ.E.iij.21.ꝛ.T.v.17. in ventribus eorum sic clamarēt:maior forte clamor esset in ventribus eorum quam in arca Noe: vbi omnia aīalia simul fuerunt. Sed licet hanc in hoc mundo confusionem euadunt: alibi tamen maiorem euadere non poterunt:vtile ergo eis esset quando contra ecclesie iura vel in preiudicium ꝛ dānum virorum ecclesiasticorum:aliena attemptāt:vel loca illorum sine licētia aliqua occupaturi vel ablaturi intrāt ꝙ eis contingeret quod contigit illis qui voluerunt ecclesiam frāgere sancti Eadmūdi regis.qui sic cū omnibus instrumentis in manibus suis vsq; in crastinū immobiles steterunt:vsq; essent capti ꝛ suspensi. Si omnia sic ablata in manibus tenerent vel in collo portarent: non esset policarius in terra meli⁹ onustus q̄ illi:ꝛ quid prodest eis:ꝙ hic tale onus non portant:cum certū sit ꝙ in die iudicij coram toto mundo onus illud portabūt. Quia teste Paulo:ad Gal. vj. Vnusquisq; onus suū portabit:qui nunc nobilissimi reputantur:tunc vilissimi porcarij videbantꝰ:habētes in collo oues ꝛ boues vniuersos ꝛ pecora campi. Tunc super furē confusio Ecci.v.qꝛ teste Ioā.apoca.ix. neq; egerunt dum hic viuerent: penitentiam ab homicidijs suis: neq; a fornicatione neq; a furtis suis:ideo regnum dei non possidebūt
j.Cor.vj. Nec mirum:quia in vita ista:fide= 2
les latronum diligunt societatem:nec hij tātum tali confusione digni sunt qui bona auferunt viuorum:siue secularium: siue ecclesiasticorum vt predictum est. Sed etiam illi qui bona auferunt vel detinent defunctorū: hoc enim patet taꝫ ex natura furti quod est crudelissimum:sicut patet. E.viij. articulo. vj. per totum:q̄ etiam ex vindicta que aliquando contra tales legitur fuisse ostensa: Exē.
quasi per istū modū de quodam volente defunctū quendā:ꝛ preciosis ornamētis ꝛ pannis:sicut modus est in aliquibus partibus sepultū spoliare:quē defunctus vsq; in crastinū tenuit:nec abire permisit:anteq̄ mortuorum fur omnibus notus esset. Si deus nūc cōtra fures mortuoꝝ qui bona illorum ipsis inuitis detinent:tales ostenderet vindictas talemq; mortuis daret potestatē: ꝙ quando ad loca vbi sepeliunt declinant eos detinere possent:pauci sunt qui de ecclesijs ad prandiū suū redirent. Sed licet mortui hic eos nō accusent:vel nō ostendant seu teneant:dure tn̄ eos accusabūt ante christi tribunal:tunc cōfundentꝰ sicut fur cōfunditur: quādo in furto suo deprehenditur. Hiere.ij.

Arti. ij ¶ Sed tam diuites quã pauperes de furtis
suis se excusant: diuites enim bona subdito-
rum duro dominio et malis ministris mediã-
tibus auferẽdo: credũt excusari: quia a suis
5 et non alienis subditis rapiunt. Sed hoc vi-
detur peccatum illorum aggrauare: quia plus
tenentur subditis proprijs: eis enim deputã-
tur custodes sicut tutor pupillo: et quia de la-
bore eorum viuunt. Et quia pro illorum custodia
habenda stipendiũ a deo accipiũt villas: ter-
ras et redditus ratione quorum sicut subdi-
ti tenent illis fidelitatẽ seruare laborando
et seruiẽdo: et ea ad que ex pacto vel rationa-
bili consuetudine obligantur reddendo: ita
ipsi tenentur subditis et ministris in fideli
gubernatiõe et salarij solutione. Sicut igitur
dñi suos eis infideles: qui vel bona illorum au-
ferunt: vel ad que tenent nõ faciũt: fures iu-
dicant et proditores. Ita ecõuerso isti dñi co-
ram deo iudicabunt. Quis illorũ malum fu-
rem nõ iudicaret pastorem suũ: cui sufficiẽs
stipendiũ et mercedẽ pro ouibus custodien-
dis dedisset: si vltra hoc de ouibus lanam et
lac sine dñi sui licẽtia acciperet: vel si filium
suum alicui tradidisset ad ducendum vel cu-
stodiendũ: tradidissetque ei gladiũ quo filiũ
suũ defenderet: et sufficientẽ mercedem: si fi-
lium illũ in via spoliaret: et gladio illo cõtra
illum vsus fuerit ad occidendũ: vel ad ver-
berandum: nõne furem illum iudicaret: ita
in proposito: dominus tradidit subditos: do-
minis secularibus et ecclesiasticis: dans eis
potestatem qua illos defenderẽt: et sufficiẽs
stipendiũ pro defensione et desiderãs quod vltra
non capiant Luc. iij. Milites inquit conten-
4 ti estote stipendijs vestris etc. Si ergo plebẽ
dei ad voluntatem deuorent et sint de illis de
quibus in Ps. xiij. deuorauerunt plebẽ meã
sicut escam panis: qui scilicet illos pro omni
negocio taxant et talliant: sicut cum omni ci-
bo panem sumunt: nõ facientes differentiã
aliquam. Nõne coram deo latrones iudica-
bunt et homicide: teste sacra scriptura Eccl.
xxxiiij. panis egentiũ vita pauperis qui de-
fraudat eum: vir sanguinis est qui aufert in
sudore panẽ: quasi qui occidit proximũ suũ
supple gladio. idest potestate quam accepit
ad eius defensionẽ. Tales pupillũ eis tradi-
tum persequuntur: vnde et in literis seculari-
bus fert dixisse Plato: sicut recitatur in po-
licratico: li. v. ti. vi. quod cum in subditos pote-
stas seuit: idem est ac si tutor pupillum per-
sequatur: vel eum suo mucrone iugulet: ob
cuius defensionem ab eodem traditum sibi
gladium accepit: rem namque publicam. idest
rem populi frui iure pupilli percelebre est.

Sic ergo inter magnos non obstante excu-
satione falsa: homicidium: furtum: adulte-
rium inundauerunt super terram Osee. iiij.
Subditi vero et ministri se excusant: asserẽ-
tes dominos suos eis duros: quod cum de offi- 5
cio suo viuere non possunt: quod insuper stipẽ-
dium eis male soluitur: et quod domini illorum
sunt diuites: et ideo non est vt dicunt pecca-
tum ab eis accipere. In quo facto cuidã assi-
milantur latroni: qui ecclesiam spoliãdo ca- Ex.
piregium quo imago beate marie tecta fuit
cum alijs spolijs accepit: et socio suo de hoc
eum reprehendẽti: respondit: filius suus est
satis diues ad dandum sibi nouum. Nota
contra tales. A. xij. 55. et. F. i. 35. cum sequẽ-
tibus. Excusant se iterũ diuites et pauperes
simul a rebus mala fide possessis: vtpote quas
emunt ab illis qui eas tempore guerre vel
pacis rapuerunt: vel quia vas a fatuis posses-
soribus citra iustum precium emũt: vel res
inuenerũt perditas: dicentes quod nisi ipsi eas
emissent vel accepissent: vel inuenissent: alij
hoc fecissent quasi dicerent: alij voluissent
pro nobis iuisse ad infernũ: sed nos potius
illuc ire preelegimus: de quorũ quolibet ve-
rificat illud Ps. xlix. Si videbas furem cur-
rebas: vt scilicet res illas occupares: omni-
bus istis dies domini sicut fur ita veniet. i.
Pe. iij. In quo nullus illorum excusabitur:
quia de omnibus istis malis denarijs. idest 6
de istis latronibus diuitibus et pauperibus
difficile esset meliorem inuenire: quod sicut in
diuitibus inueniuntur conditiones: que fur-
tũ ab eis factũ aggrauãt. Primo quia ipsi sunt
caput aliorum: dedecus aũt aut infirmitas aut
dolor in capite: intolerabilior est: vnde in pol-
licratico li. vi. Cũ inquit in subditos magi-
stratus descẽdit: est ac si caput corporis in-
tumescat: ita vt a membris omnino aut sine
molestia fieri nõ possit: hanc passionem sine
grauissimo dolore membrorum tolerare vel
curari est impossibile. Si vero fuerit passio
incurabilis: sic viuere quam mori miserius est:
miseris nihil vtilius est: quam vt cum que finire
miseriam: monstruosa res est caput infla-
tum et nimis grossum: et membra debilia et
parua. Secundo: quia isti nunquam dor-
miunt aut cessant: quia sicut de leonibus di-
citur: quod dormientes apertos habẽt ocu-
los. Ita istis dormientibus et lasciuientibus
oculi eorum quos demon in fine eruet. idest
mali ministri ad predã vigilãt. Et licet ipsi
ibi non sit: cauda illorum est ibi: sicut diabo-
lo super terram existente: cauda in mari na-
ues submersit. Tertio: quia maiora et me- 7
liora a subditis accipiunt quam econuerso:

quia animalia et huiusmodi. Quia etiam la-
tronibus suspensis: patria pacificatur: quia
non statim veniunt alij: sed dominis malis
mortuis: peiores eis succedunt. Ideo con-
grue legitur respõdisse quedam vidua: qua
retantũ orarer pro longa vita cuiusdã ma-
li domini quem habuit: quia inquit pater
suus abstulit a me omnia que habui: preter
duas vaccas: quas iste abstulit: timeo ne fi-
lius suus cum venerit: et quid auferat nõ in-
ueniat: oculos eruat: propter has dominorum
malorum crudeles conditiones que osten-
dunt ipsos furibus esse peiores: congrue di-
citur Abdie. i. Si fures introissent ad te: nõ-
ne furati essent in sufficientia: domini vero
non ad sufficientiam: sed ad voluptatẽ om-
nia auferunt: sicut patet. F. i. 35. cum sequẽ-
ti. Ita in pauperibus et subditis tres inue-
niuntur conditiones: que malum illorum et
8 furtum aggrauant. Quorum primum est:
quod non solum furtum: sed etiam iuramẽ-
ti vel fidei committũt fractionem: ipsi enim
fide vel iuramento dominis quibus seruiũt
obligãtur quod dominis suis damnum nõ
facient nec voluntarie fieri permittent. Secũ-
do: quia nõ solum bona exteriora sed quod
peius est: famam eis furantur communiter
eis detrahẽdo. Tertio: quia licet minora de
facto a dominis capiant vel furentur: tamẽ
voluntate equalia vel maiora ab eis furan-
tur. Et non solum sunt fures quia furantur
sed qui furari vellent propter timorem tamẽ
humanum hoc dimittunt: sicut patet in de-
creto. de pen. dist. i. si propterea quia nõ fur-
tum: sed mens furantis attenditur: sicut pa-
tet ibi. xiiij. q. vi. c. vultis. Et ponatur quod par-
ua sint furta in principio: que diabolus sua-
det: ad maiora in posterum per illa inducere
intendit. Sicut patet de illo de quo fabu-
Exem. lose habent: quod fecit pactum et societatem cum
diabolo: ita quod eum in furtis suis iuuaret. et
a morte preseruaret: et animam nõ caperet:
qui hoc permisit: quãdiu gallinas et huiusmo-
di furaret: furatas habuit gallinas quod eas
portare non potuit vno die: propter quas
portandas cum equum furaretur capitur et
ad patibulum ducitur. Cui demon pro auxi-
lio habendo inuitatus: affuit. Quod tamẽ pro-
misit asseruit se non debere tenere: equum per
os tenens et dicens: bene per rostrum vide-
re potuisti: quod non fuit auca. Sic iste pulchre
permisit et minora furta: primo suasit: postea
pro maiora: vt eam cõfunderet: quia sugge-
stione sua equum illum proculdubio fura-
batur. Ita alijs minora furta prius suadet
ad quem postea maiora et homicidia et hu-

iusmodi: per que ad magnas ducit confusio-
nes: tam temporales quam eternas. Et ad istũ
finem cum fure in eodem proposito currit.
iuxta illud Psal. xlix. Si videbis furem etc.
¶ Et sunt mundus et demon: in hoc casu 9
eiusdem conditionis: quia eodẽ modo pau-
latim hominem ad se attrahit: quod ex modo
illorum loquendi qui a mundo incipiunt
decipi: patet. Dicunt enim quando mundi
falsitas eis ostenditur: quod ad breue tempus
oportebit eos adhuc in curijs vel officijs
mundo militare: non pro se sed pro suis.
Et post annum vel breue tempus promit-
tunt se velle a mundo recedere. Sed vnus
annus aliũ ad se trahit: et cui videbatur
mundus tediosus in principio: ex postfacto
ad propria vt ad carcerem redit: et sic mun-
dus qui ei in principio licẽtiam promisit quod
cito rediret: vsque ad mortem per minora ma-
la ad maiora trahit: et semper eum sub colo-
re boni retinet sub colore dico: quia in veri-
tate fur ille non venit nisi vt furetur: mactet
et perdat. Joan. x. Nota de hoc. C. x. 21. Et
ideo omnis fur sicut ibi scriptum est: iudi-
cabitur. Zacha. v.
¶ Predictorum vero periculum in die iudicij Ar. iij.
patebit: quia quando christus alijs crudeli-
bus et tenacibus dicet illa verba Matth. xxv.
Esuriui etc. predictis peius dicere potest. 10
Esuriui: et abstulistis a me cibum meum.
Et non solum christus tunc contra fures il-
los partem se faciet: sed et omnes electi cum
eo. sacra scriptura teste Sapien. v. vbi de iu-
dicio illo loquẽs dicit: orbis terrarũ pugna-
bit cũ illo contra insensatos. Et vt modus
pugne clarius videatur: exemplificare opor-
tet quomodo acies in illa pugna ordinabũ-
tur. Stabũt omnes acies electorũ a dextris:
sicut patet Matthei. xxv. Acies vero impiorũ
et latronum a sinistris: qui ideo acies in plu-
rali dicuntur: quia sicut pluribus modis
hic bonos impugnant. Ita ibi pro similitu-
dine culpe in qua hic conuenerunt ad penã
simul stabunt: sicut duri domini qui graui-
bus emendis et amerciamentis et exactioni-
bus populum dei spoliauerũt per se in vna
acie: mali ecclesiastici qui pauperes de bo-
nis christi et pauperum non nutrierunt vt
debuerũt in acie per se vsurarij et falsi mer-
catores: et facti operarij: qui christi mem-
bra deceperunt per se; fures per se: et sic de
alijs. Omnes isti licet diuersis modis fur-
tum committant quia domini auferendo:
prelati detinendo: vsurarij et mercatores et
alij falsi decipiendo: fures occulte accipien-
do: omnes tamen suo modo in hoc vno con-

aeniunt: ꝙ fures sunt ⁊ latrones Joann. x.
Quod sic ibi simul congregabuntur et alliga-
buntur: ex dei ostenditur verbis: quibus ait
Matth. xiij. In tempore messis dicam mes-
soribus colligite primum zizania: ⁊ alliga-
te ea in fasciculos ad comburendum. Glo-
sa. luxuriosos in vnum fasciculum: auaros
in alium: ⁊ sic de alijs. Cui concordat illud
Esa. xxiiij. in illa die visitabit dominus sup
maliciam celi in excelso: ⁊ super reges terre
qui sunt super terram ⁊ congregabuntur in
congregatione vnius fascis in lacum: ⁊ clau-
dentur ibi in carcere. Cōtra istos vero a dex-
tris stabunt acies bonorum simul ordinati
secundum similitudinem vite quam exercue-
runt: inter quos multi erunt qui hic a predi-
ctis malis afflicti ⁊ spoliati ⁊ victi fuerunt:
dum hic viuerent: quia in hac vita boni timi-
di sunt causas quascunque contra malos ag-
gredi: quia a malis frequenter vincuntur: si-
cut patet. F. j. articulo. j. per totum. Et ab
11 eis spoliantur sicut ouis a spinis: sicut pa-
tet. F. j. 13. Ibi vero teste scriptura Sapien.
v. Econuerso stabunt iusti in magna constan-
tia aduersus eos qui se angustiarunt: ⁊ ab-
stulerunt labores illorum. Et audacter que-
rimoniam suam coram deo deponere pote-
runt: ⁊ iusticiam petere: dicentes cum iudice
christo singuli nocumentum recitantes: in
quo ei specialiter nocuerūt: quorum aliqui
dicere possunt sicut subditi malorum domi-
norum. Esuriuimus sed domini nostri illi ibi
stantes hoc fecerunt: quia labores nostros
⁊ bona nostra abstulerūt. Alij esuriuimus
⁊ fame mortui sumus: ⁊ illi bona nobis de-
bita detinuerunt. Alij: sitiuimus ⁊ nudi fui-
mus: quia illi ibi stantes ex aduerso quili-
bet modo suo ita nos apodiauerunt: ꝙ po-
tum vel vestes emere non potuimus. Alij:
infirmi fuimus: illi hoc fecerunt qui nos ver-
berauerunt et plagis affecerunt. Alij: sine
hospitio eramus: sed illi hoc fecerunt de do-
mo ⁊ terra nostra nos expellendo: diues vix
dimittit sine cupiditate terram pauperis iux-
ta suam positā vt suam ampliet: vel quia
nos non receperunt in hospitijs suis: sicut
patet. D. ix. 5. Alij: in carcere eramus: sed
illi hoc fecerunt per falsas causas nos indi-
ctando ⁊ in compedibus ponendo. Alij: cor-
pora nostra in terra benedicta sepulta non
fuerunt: illi hoc fecerunt pluribus modis ⁊
varijs locis nos occidendo: vindica domine
sanguinem nostrū qui effusus est. ¶ Quid
12 aliud homines poterunt simul clamare me-
lius: quam simul dicere: iuste iuder fac no-
bis iusticiam de illis: quia omnia predicta
mala nobis intulerunt: ⁊ labores nostros ⁊
bona modis suis abstulerunt vt cupidita-
tem suam satiarent: nos fame et laboribus
affecerunt: vt ipsi delicate de laboribus no-
stris ⁊ bonis viuerent. Nos laborauimus
⁊ duram vitā duximus: in tantum quod in
dimidio anno vix bonam habuimus satie-
tatem: nisi vix panem ⁊ pulmentum ⁊ aquā
immo quod peius est fame mortui fuimus.
Et illis de bonis nostris que scilicet a nobis
in modo suo acceperunt: vel que nobis in ne-
cessitate nostra negauerunt: de tribus vel
quatuor ferculis ministratum fuit. Esuri-
uimus ⁊ sitiuimus: ⁊ frigore ⁊ nuditate af-
flicti fuimus. Et illi latrones bōa nostra no-
bis indigentibus non dederūt: nec illis nos
pauerunt vel vestierunt: sed canes suos et
equos et simias ⁊ diuites ⁊ potentes ⁊ abū-
dantes et gulosos et ebriosos et meretrices
suas illis pauerunt ⁊ vestierunt: ⁊ nos defe-
ctu deficere permiserunt: sicut patet. E. iij.
22. Iuste deus: iudex fortis: ludus non fuit
bene partitus inter illos ⁊ nos. Illorum sa-
cietas nostra fames fuit: illorum delicie no-
stra miseria: illorum hastiludia ⁊ torneamē-
ta: nostra fuerunt tormenta: qꝛ nostris ange-
ris ⁊ expēsis illa fecerunt: illorum copie no-
stre fuerunt inopie: illorum festa: delectatio-
nes pompe: vanitates ⁊ excessus ⁊ superflui-
tates: nobis fuerunt ieiunia: penalitates de-
fectus: calamitates ⁊ spoliationes: illorum
tripudium cantilene ⁊ risus: nobis fuit lu-
ctuum: gemitus ⁊ ploratus: ipsi cantabant:
modo bene: modo bene: ⁊ nos gemuimus di-
centes: ve vobis: ve vobis. Sic ergo dum su-
perbit impius: incēditur pauper Ps. ix. Iu-
ste domine: histriones ⁊ turpes persone ⁊ di-
uites cibum ⁊ robas ab eis accipientes: cla-
mauerunt ad largitatem: ad largitatem: et
nos pauperes ⁊ subditi ⁊ creditores clama-
uimus: ad fugam: ad fugam ⁊c. quia tales
libenter vt frequenter accommodant. id est
mutuant: sed inuite reddunt. ¶ Iste ex vna
parte clementibus ⁊ suam innocentiam et
aliorum iniusticiam allegantibus non est
dubium quin iustus iudex faciet iusticiam:
hoc promittit Exo. xxij. Si inquit leseris
eos: clamabunt ad me: sicut illi qui appel-
lant a falso iudicio inferiorum iudicum: qui-
bus pro tunc facit iudicium omnibus scili-
cet iniuriam patientibus: in Ps. cj. sicut pa-
tet. D. xij. 37. Quale autem erit illud iudi-
cium patet ex conditiōe vite partis vtriusque
illi a dextris hic fecerunt vigiliam: ergo ra-
tionabile est quod ibi faciant festum: illi ve-
ro qui tunc a sinistris erunt: hic fecerunt fe-

stum: qꝛ duxerunt in bonis dies suos Job.
xxi. Ergo rationabile videtur ꝙ tunc faciāt
vigiliam vt sicut ipsi ordinem peruerterunt
⁊ bonam cōsuetudinem ita eis peruertatur
hoc enim ordo requirit nature: ꝙ motus a
contrario fiat in contrarium. Qui ergo vt di-
ctum est: hic comederunt ⁊ biberunt: ⁊ vane
se vestierunt ⁊ christi membra in omnibus
pretermiserunt: rationabile est ꝙ ibi ordo fiat
contrarius: ita videlicet ꝙ esurientes hic
impleantur bonis ibi: ⁊ econuerso. Et qui hic
christum cum membris suis expellunt vel
excludunt: ibi a domo dei excludantur ⁊ do-
mum non habebunt: nisi infernum: quia fu-
res domum dei non possederunt. Et qui hic
incarcerauerunt ⁊ vulnerauerunt: illuc in
perpetuum incarcerabuntur: et sic de alijs
teste christo qui dicit Matth. vij. quo iudi-
cio iudicaueritis ⁊c. Et in perpetuum famē
patiantur: ⁊ sitim dicente Esa. lxv. Cessa-
bit gaudium cum gaudio ⁊c. non bibent vi-
num ⁊c. Sed nitentur se iustificare: ⁊ partē
suam bonam multipliciter. Uno modo per
14 conditionem status quem tenēt: vel sangui-
nis de quo sunt oriundi. verbi gratia. Si ali-
qui eorum interrogentur quare plus expē-
dunt in equis ⁊ cibis ⁊ robis ⁊ pompis secū-
dum quam terre vel redditus illorum valeant?
Respondebunt ꝙ pro honore seculi ⁊ paren-
tele sue: ⁊ sanguinis sui ⁊ status proprij opor-
tet ꝙ talia faciant: dicunt ꝙ oportet eos li-
beralitatem ostendere: quacunque via ad illā
peruenerint: siue mutuando: siue dare do-
minando: vel quouismodo per furtum vel
rapinam per phas vel nephas: per infamiā
⁊ bonam famam: a dextris ⁊ a sinistris. Qui-
bus respondet dupliciter. Primo: ꝙ melius
esset hic ⁊ sanius perdere predictum hono-
rem: quam iniuste viuendo: ⁊ de alieno hic
magnum habere honorem coram paucis: ⁊
in iudicio amittere honorem corā toto mun-
do. Secundo respondetur: ꝙ tales expense
non ostendunt eos esse liberales vel nobiles
sed magis vilissimos peccati et diaboli ser-
uos: quia dicit decretum: di. lxxxvi. c. fratres
nostri ⁊ c. non satis ⁊ c. dominus cum se-
quen. quod pulchra liberalitas est: que in-
digentibus temperate et non superflue im-
penditur. Sed certe dare histrionibus ⁊ pro-
hibitis venatoribus ⁊ personis turpibus nō
est largitas: sed vicium: sicut patet ibidem.
15 c. donare ⁊ c. sequenti. Secundo iustificant
factum suum: dicentes: quod oportet quod
per talia bona ⁊ robas et largam mensam
amicos sibi acquirant: qui eos ab infortu-
nijs custodiant: et ne etiam ipsimet eos no-
ceant. Quibus respondet Seneca de benefi-
cijs lib. iij. Cum inquit dando egere cepe-
runt: alienis bonis manus inferre cogūtur:
maior atque odia sequūtur eorum quibus ade-
munt: quam fauores eorum quibus dede-
runt. Tertio factum suum iustificare esti-
mant per elemosynas quas dant et multas
missas quas audiunt: ⁊ letanias multas et
libellos quos in capellis suis habent: qui-
bus in parte responsum sit. E. iij. 5. ⁊. 6. po-
test tamen dici: quod tales sunt sicut illi qui
ore suo deum benedicebant: ⁊ in cruce et ca-
pita sua inclinabāt: sed manibus ei alapas
dabant. Una enim manu pectus suum per-
cutiunt: dicentes: deus propitius esto mihi
peccatori: et alia manu bursam dei. id est.
pauperum scindunt: sicut ille qui genufle-
ctando ⁊ confitendo vt fertur: bursam scin-
debat sacerdotis. Quarto cogitant forsitan
quod tunc se iustificare poterunt eadem di- 16
cendo verba: que electi dicent. Esuriuimus
et sitiuimus ⁊c. quia multi qui tunc a sini-
stris stabunt: easdem dum hic vixerunt su-
stinuerunt passiones quibus respondetur
quod licet aliqui illorum easdem sustinue-
runt passiones quas sustinuerunt illi qui a
dextris erunt: non tamen cum eisdem circū-
stantijs ⁊ modis: quia electi illas vel spon-
te pro christo sustinuerunt: vel patienter
pro christo iniuriam remittentes. Reprobi
vero vel eas non sustinent: vel et sustinent:
hoc non pro christo vel cum patientia: sed
pro malefactis suis et inuiti patiuntur. ver-
bi gratia. Primo de his qui talia minime
patiuntur. Nunquid poterunt nonnulli vo-
luptuose viuentes: et carnis desideria se-
quentes dicere. Esuriuimus et sitiuimus
⁊c. Certe verius dicere poterunt. Alios esu-
rire fecimus: et fame mori permisimus:
vt nostra voluptas pluribus ferculis ⁊ di-
uersis cibarijs et potibus ingurgitaretur:
vel si quandoque esuriem et sitim patiantur:
non hoc pro dei amore: sed quia quod ha-
bere vellent: non habent patiuntur: raro
pro amore dei diu huiusmodi patiuntur:
qui ad libitum mane et tarde carnis deside-
ria sequuntur: quia raro ieiunant: qui ante
prandium dum deberent esse in missa: sunt
in foro: et dum deberēt esse in vesperis: sunt
in taberna vel in alijs illicitis spectaculis:
nec poterunt dicere nudus fui: sicut pa-
tet. E. iij. 22. nec sine domo: nec in carce- 17
re pro deo: sed pro culpis suis: nec infir-
mi propter deum: sed propter culpam et
superfluitatem: propter talia medicus ad
eos frequenter vocatur: si de nocte nimis

cenent: ꝛ stomachus in crastino velut sacc⁹ plenus nouas superfluitates recipere nequeat: oportet ꝙ medicus medicinam det euacuatiuam: sed sufficit eis q̃d medicus anime euacuationẽ peccati faciat semel in anno: ꝗ peccatum non tantum grauat cõscientiam: quãtũ cibus stomachũ: stomachus illoꝝ videtur tenerior conscientia: nec dicere possunt in carcere fuimus: nisi ꝓ delictis suis: non pro deo inter saracenos: nisi forte carcerem dicere velint illum diaboli carcerem. id est. obscuram camerã suam: in qua in lectis suis seipsos includũt vsqꝫ ad tertiam vel nonam: talia ibidẽ operantes: de quibus diabolus totum vel magnã vendicat partem: nec pro amore dei pauperib⁹ sepeliendum operam dant: sed potius plures insepultos faciãt: vel qꝛ eos occulte occidũt: sicut fures ꝛ huiusmodi: qui in nemoribus trãseuntes pugilãt: ibi eñ fures esso diunt ꝛ furant̃ Matth. vj. vel quia prece vel precio huiusmodi malefactores iuuant: vel non puniunt: socij furum Esa. j. Ideo talibus congrue debetur mors socij illorũ proditoris talis: de quo Joan. xij. fur erat Judas: et sepultura quo ad corpus Joachim. de quo Hiere. xxij. sepultura azini sepelietur: dominus eius habet pellem: ita mundus iste exteriora bona ꝛc. Quo ad animã vero sepultura illius diuitis Luc. xvj. qui non legitur aliam habuisse domum vel sepulturam: ꝗ̃ infernum. Sic iudicabuntur tam fures ꝗ̃ supportatores ꝗ̃ etiam fautores: vt predicto scripto declaratũ est. Quia teste deo Zach. v. Omnis fur sicut scriptũ est: iudicabitur: nec vana spe decipiantur qꝛ statim deus eos non punit: dicentes misericordia dei magna est: quia pro certo ipse finaliter veniet ad domum furis Zach. v. Et hoc occulte ꝛ quando minus credunt: quia dies domini sicut fur. j. Thess. v. Sicut occulte alijs veniunt: ꝛ furtiue alios damnãt ꝛ furtiue quasi veniunt: ita per boni iudicij equitatem dies domini vt fur ita adueniet cis. ij. Pe. iij.

G.j. **Gaudium est duplex**: vnum temporale: aliud eternũ. Circa que sex sunt attendenda: duo vicꝫ circa primum ꝛ quatuor circa secundum. Primo ergo ostẽditur gaudij temporalis siue in diuitijs: siue in delicijs: siue in honoribus: siue in quibuscunqꝫ querat̃: paruitas ꝛ breuitas. Scd̃o ꝙ maxima amẽtia est illud vel multũ desiderare vel multum deliberare. Tertio ostenditur multis euidentijs celestis ꝛ eterni gaudij magnitudo. Quarto: ꝙ de iuris equitate tm̃ gaudiũ magnũ requirit precedẽs desiderium. Quinto: per que media illud gaudiũ adipisci ꝛ illud precedẽs desiderium impleri poterit. Sexto: non feruenter desiderãtiũ ꝛ non festinantium ad illud pertingere ostenditur stulticia.

¶ Primum patet exemplo: ꝛ confirmatur auctoritate: conuenienti enim exemplo huius mundi ostenditur gaudium in gustu habito de cipho clamatoris: in aliquibus enim terris volens vinum venale in aliqua taberna venditioni de nouo expositum proclamare: vasculum vini cũ cipho in manu per ciuitatẽ portãs: ꝛ valorem eius ꝛ loci in quo inuenit̃ clamãs: occurrẽtib⁹ ꝛ naturã ꝛ bonitatem vini scire volentibus: gustandum prebet: vt per illud gustatum sciatur quale sit in taberna: ꝛ vt eius suauitate gustata in quantitate parua: copia eius feruentius desideretur: datur ergo aliquid: vt per illud residuũ concupiscat̃ ꝛ dat̃ pagne capiẽtis appetitus vt inis satiet̃ in via. Et sic a taberna desiderium retrahatur: quia ita modice dat̃ ꝙ nec eum satiat vel festinat sed potius inflammat ꝛ prouocat vnde talis potio breuis ꝛ parua ꝛ momẽtanea est: sicut gaudium ypocrite ad instar puncti Job. xx. hoc in fine approbabit: sicut pꝫ e verbis Gregorij. M. v. 4.

¶ Ex quo sequi videt̃: ꝙ illud gaudiũ non habitũ: nõ est multũ desiderandũ: nec habitum multũ amandum: nec est in eo sistẽdũ quia non satiat: sicut nec predicta gustatio sicut patet. A. xxvij. 5. sed per istam gaudij pregustationem: non deberet amplius inflammari in appetitu consilium temporalium: per que non satiatur: sed in appetẽdo celestia: que satiãt: iuxta illud: satiabor cum apparuerit gloria tua: in Ps̃. xvj. Ad hoc a deo pregustanda ostenduntur vt predictum est de predicto clamatore: ipso teste Joan. xv. ꝛ gaudium meum in vobis sit: ꝛ gaudium vestrum impleatur: in celo scilicet vbi est fons gaudij. Ad hoc hic nullus aliqualis gaudij defunditur: vt fons querat̃: sicut patet. D. v. 2. Qui enim in riuulo sistit ꝛ gaudet: stultus est: primo propter causam ibi tactam: secundo quia in natura sua non includit materiam gaudij: sed doloris propter eius breuitatem: filio regi nato qui eodẽ die moritur: plus meror patri accrescit: ꝗ̃ gaudij. Sic in proposito nascitur mundi gaudium in merorem Jaco.

iij. suorũ: qꝛ breui viuit tempore suij ipsius quia repletur multis miserijs. ¶ Sed nonnulli istius vite et gaudij breuitatis simul ꝙ eternitatis obliti: hic se diu victuros sperant: et ideo vitam ineternum duraturam minus curãt similes cuidã mulieri de qua narrator ait: ꝙ cum huiusmodi vite breuitatem ꝛ alterius audiret eternitatem: dixit Exẽ. quasi quo sequit̃ modo: bũ mihi est hic: ibi vero nescio quõ est adhuc nollẽ ibi esse: eadẽqꝫ in crastino mortua fuit. In qua morte breuitatẽ vite quam prius non credidit: inuenit ꝛ gaudia q̃ desiderauit: amisit: cum incertitudine illoꝝ q̃ nõ desiderauit. Simile legitur iudiciũ Luce. xij. Stulte hac nocte ꝛc. dicat ergo quilibet illud Thobie. v. quale gaudiũ mihi est: propter gaudij breuitatem: sicut dictum est. ¶ Tertio propter gaudij ꝛ gaudentiũ periculũ. Sicut enim fatuus esset: qui gaudẽs videt nauẽ in qua esset in periculo submersionis vel etiã multas naues ꝛ socios iuxta cũ submergi: ita stultus est qui in hoc mũdo in statu incerto est: in quo facile dãnari põt qui etiam multos in mortiori nam scꝫ angelos ꝛ Judam in ꝓfundum inferni demergi videt et gaudet. Tales reprehendit deus Hiere. xlv. dicens: quos plantaui: ego euello ꝛ vniuersam terram hanc: sicut patet in diluuio. Et tu queris tibi gaudia grandia noli querere: qꝛ ecce ego adducã malum super omnẽ carnẽ: supple sic gaudẽtẽ. ¶ Quarto ꝓpter status ignorãtiã: sicut cecitas causa est tristicie: dicitur enim ꝙ cecus naturaliter est tristis. Et sicut peregrino vie incertitudo: ꝛ sicut citato in causa mortis cause incertitudo: cause sunt tristicie: ꝛ non gaudij. Ita in ꝓposito: qꝛ nemo scit vtrũ odio vel amore dignus sit Ecclesiastes. ix. Et hoc aggrauare deberet istius ignorantie periculum: ꝙ certi sunt vel esse deberent: ꝙ multi dãnãtur ꝛ pauci saluant̃ Matth. xx. Multi sunt vocati: pauci vero electi. Si multi saluarẽtur: magis opinabile esset ꝙ posset esse de numero multorum ꝗ̃ paucorum: paucitas saluandorum: magnam requirit sollicitudinem in volentibus saluari: nec mirum: quia multi pro paruo gaudio transitorio multũ laborant. Ergo a multo fortiori: vt
4 gaudium sit plenum. j. Jo. j. ¶ Quinto: propter huiꝰ gaudij ꝛ sic gaudentium finem: finis illorũ enim erit dolor: qꝛ sicut illi qui totũ gaudiũ suũ in deo vel in ordinatis ad deũ habent: licet frequenter exterius tribulent̃: tñ in fine a deo cognoscent̃: ꝛ mutatione facta tristicia illorum vertet̃ in gaudiũ Jo. xvj. Ita illi qui in rebus gaudent deordinatis. proprium periculum ignorantes: sicut gaudent freneticꝰ ꝛ insani: vidẽtes vincula: nesciẽtes causam: licet ad tempus gaudeant. Extrema tamen gaudij illius: luct⁹ occupat Prouerb. xiiij. Rident in mane: sed flebunt in sero: ad vesperum demorabitur fletus: et ad matutinum leticia: in Ps̃. xxix. scꝫ mortis: quando deus cantabit eis canticum fatuarum virginũ: nescio vos. Talibus enim dicere potest in morte: sicut scd̃m narrationẽ dixit q̃dã cuidã ꝑsone quã mul- Exẽ. tum dilexit: dum ei soli amorẽ suũ seruauerit. Intantum enim ꝙ tunc illã penat̃ gratia exempli vxorem suã dilexit: ꝙ eam vocauit gaudiũ suũ: hic vero de peregrinatione redeũdo: certificat⁹ ꝙ medio tẽpore aliud gaudium quesiuisset: ad ipsam cui occurreret quasi ad omnino ignotã se habuit: cui cum ipsa admirans diceret: non nostis gaudium vestrum? Respondit ille: dũ fuit meũ noui: postꝗ̃ vero fuit vestrum non noui. Quid aliud dicturus est deus tibi: pro eo ꝙ non seruieris domino deo tuo in gaudio cordisqꝫ leticia Deutro. xxviij. sed in alio gaudium quesiens: ideo nomen tuum de libro vite ꝛ de scientia dei approbata delebitur: iuxta illud Ecclesiastes. xix. Qui gaudet in iniq̃tate denotabit̃. id est. de nota libri vite delebitur. Patet ergo ꝙ illi q̃ letant̃ cum malefecerunt: ꝛ exultant in rebus pessimis: de quibus Prouerb. xv. ꝙ gaudiũ est stulto facere stulticiã: nec considerant gaudij breuitatẽ: nec breuitatis periculum vel finẽ: sunt sicut illi qui gaudentes vadũt ad patibulum: ꝛ sicut illi qui gaudent de igne quo comburendi sunt: ꝛ sicut illi qui gaudenter fines faciunt quibus ad furcas trahuntur: ꝛ sicut piscis q̃ cum gaudio hamũ capit: ꝛ sicut mulier que in presentia mariti in his que contra volũtatem ipsius sunt gaudet: ꝛ sicut fur qui cum gaudio furatur in presentia iustissimi iudicis quis non diceret istos esse insanos ꝛ stultissimos: ꝛ male deceptos: ita in proposito tales sunt turpissimi quia voluntarie decepti: quis aliquem de predictis ridentem videns: non diceret stultum esse? Sic in proposito. risum reputaui errorem: et gaudio dixi quid frustra deciperis? Ecclesiastes. ij. Et bene dicit deciperis: quia credis illud gaudium esse quod in rei veritate est dolor. Quia sicut in 5
naturalibus dicimus quod motus speciem et nomẽ sortitur a fine. Sicut etiam in narrationibus dicimus quod finis facit narrationem: ita etiã in actibus humanis necesse

est dicere quod illa actus sunt boni vel mali: quia
quidquid bonum vel malum ducunt finem:
vel illi interiores affectiones sint honorei ma
le: que ad tales ducunt meas. Cum ergo
gaudium in peccato vel de peccato sit inte
rior affectionis motus quandoq; meritus et
expetitorium finis est motus z dolor quia
finis peccati non sit: oportet quod motus il
le et gaudium illorum de quibus Rosh. ar.
finis illorum moretur Philip. gaudium
finis interius qui tenet principium z cy
tharam et gaudent ad finitum organi: bu
cinas in bonis suos finem in puncto ad in
ferna descendet Joan. 21. dolor z meritis
Si ergo cognoscibile est in Lucifer. Non
gaudebes sed flebes omnibus predictis co
fiderans: patet q; iuuenis ille bene respon
dit. S. Aug. 14. de.

Ar. iij. 7 QD denisa terreni gaudij breuitate. z gau
dentium fallacia. ostenderet relictæ gaudij
celestis eternitatem et gaudij magnitudi
nem. arg. gaudentium felicitate. z eo con
trarta. z dissimilia tertia se ponit: claritas
apparerem. huius autem magnitudo z fe
licitas multis euidentijs oliendi potest q;
multa nos inducunt ad credendum eius
magnitudinem exempla multeq; mentita
biles rationes. Circa huius primi z accipitur
in mundialium conclusionem ipsi enim qui
do in aliqua re multum delectantur: conci
piunt et concedunt magnus esse gaudium
illa re ad tuendum frui: z inuenum beleari
in quod omnis fere delectationis alterius
obliuiscuntur: sicut patet. S. 7. Et qua ob
cassione necesse habebunt concedere quod
maius est gaudium in alia vita z in meip.
si extra portã immutesq; maiori dabit de
lectationi in aula z longitudi in carcere.
Si etiam gaudeat de pulchritudine qua
cunq; necesse habet concedere ibi maiori esse
pulchritudinem quia ex quo non facit domui
suam sophisticam apparentem extra z non
existentem intra: necessario sequi videtur
quod maior sit pulchritudo intra q; extra.

Extra. Extat considerationis veraciter relpondere
videtur quidam sapiens: de pulchritudine
domus set requisitum est ibi non solum
celsimus stellatum respicere: sed gallice:
quasi dicere bene pulchra est pars dextra
paries interior quæ pulchrior pars rationem
esse debet. Et quo ram pulchra est pars sini
stra et exterior. Quod enim pulchrior sit do
mus de interius: ratio ma potest tam ex
ha sapientia: qua vult fieri quicunq; fa
ptus: quod maior sit interior q; exterior
pulchrandoexma ex interioribus ornamē
tis: pulchrior est enim sinterius ornamē
ta et picture et imagines. Interius autem
est bonus illa bea et angelus et omnibus
sanctis et illustrata lumine glorie eternus
vero ornatus est planetus et stellis et lumine
solus illustratus quanto ergo beatus erit
ie et anime sanctorum pulchriores sunt illæ
